

COL·LECCIÓ DE DOCUMENTS DEL CONVENT DE SANT FRANCESC DE GIRONA (1224-1339)

(*continuació*)

TRANSCRIPCIÓ I ESTUDI DE
JILL R. WEBSTER

XLIV

Testament: El noble Bernat de Cruïlles indica en el seu testament que vol que els seus ossos siguin duts a la tomba del cementiri dels franciscans on és el seu germà Jofre Guilabert de Cruïlles.

AHPF, pergamí original amb parts deteriorades (73×38.5 cm) 23 de juliol, 1366, Càller.

Quoniam nullus in carne positus mortem potest evadere corporalem cumque ad salutem pertineat animarum ut antequam quis transeat ex hac vita, de suis rebus talem faciat dispositionem ne possit imposterum contencio inter aliquos exoriri. Idcirco in Dei nomine qui sua pietate solita neminem vult perire, immo sperantes in eo salvat et perducit ad gaudia feliciter paradisi, nos, Bernardus de Crudiliis, miles ac feudarius regius in insula Sardinie, in hospicio nostro sito et posito in castro Callari in platea bladi, detenti egritudine corporali, in nostro tamen bono sensu, integra memoria et loquela de nobis et rebus nostris disponentes, revocantes quecumque alia testamenta et codicillos per nos facta et ordinata, hoc nostrum nunc condimus, facimus et ordinamus testamentum, in quo nostros manumissores, fideicomissarios et huius nostri testamenti executores eligimus atque ponimus venerabiles Berengarium Rigolfi et Michaelm Ça Rovira, mercatores, habitatores dicti castri Callari, ambos insimul et utrumque eorum in solidum quibus et utrique eorum in solidum plenam conferimus postestatem de bonis nostris habendi, petendi, exigendi, recipiendi et recuperandi, vendendi et alienandi pro complendis subscriptis, dandi, dividendi et distribuendi prout per nos inferius invenerint ordinatum cum libera et generali administratione ac faciendi

et firmandi quecumque instrumenta vendicionum, apocharum, finis absolucionum et alterius cuiuscumque contractus ad predicta et subscripta necessaria ac etiam opportuna sub quibuscumque obligacionibus voluerint, securitatibus et cautelis ac pro evicione per eos *vendendorum* bona nostra omnia obligandi ac standi in iudicio agendo et defendendo quas-cumque causas pro predictis et subscriptis movendas ducendo, tractando ac etiam procurando ac procuratores et actores ad predicta et subscripta constituendi et ordinandi. Et si in dicto castro Callari nos mori contingerit elegimus corpori nostro sepultaram intus ecclesiam beate Marie dicti Castri in tumulo in quo sunt sepulti nepotes nostri sive *nebots* filii nobilis Iaufridi Gilaberti de Crudiliis quondam fratriss nostri. Et accipimus de bonis nostris pro anima et sepultura nostris quingentas libras alfonsinorum minutorum de quibus dictam nostram mandamus fieri sepulturam et expensas funerarias ad cognitionem dictorum nostrorum manumissorum seu alterius eorundem. Et de quibus etiam legamus reverendo in Christo patri domino archiepiscopo Callaritano viginti libras dicte monete alfonsinorum minutorum, si dictus dominus archiepiscopus vel eius vicarii dictum corpus nostrum sepeliri permiserint et sepelietur intus dictam ecclesiam Sancte Marie dicti Castri in loco predicto. Et, si dictus dominus archiepiscopus Callaritanus vel eius vicarii aut officiales dictum corpus nostrum in dicto loco sepeliri non permiserint, careat idem dominus archiepiscopus legato predicto et comodo eiusdem. Et si idem dominus archiepiscopus vel eius vicarii aut officiales dictum corpus nostrum intus dictam ecclesiam Sancte Marie dicti castri sepeliri permiserint et sepe-lietur, volumus et nobis retinemus quod, isto casu, dictus dominus archiepiscopus vel eius vicarii faciant atque firment dictis nostris manumissoribus instrumentum licencie et permissionis quod quandocumque dicti nostri manumissores vel eorum alteri ossa nostra translatari et transferri voluerint, quod hoc possint facere et transferre ossa nostra ad civitatem Gerunde in monasterio fratrum minorum Gerunde ad latus tumbe in qua est sepultum corpus sive funus dicti nobilis Iaufridi Gilaberti, fratriss nostri quondam. Et in hoc casu legamus dicto domino archiepiscopo Callaritano, pro dicta translacione ossium nostrorum, decem libras dicte monete alfonsinorum minutorum. Et si dictus dominus archiepiscopus Callaritanus vel eius vicarii vel officiales dictum corpus nostrum sepeliri non permiserint intus dictam ecclesiam Sancte Marie dicti castri in loco predicto et non fecerint et firmaverint dictis nostris manumissoribus vel eorum alteri dictum instrumentum licencie et permissionis translatandi dicta ossa nostra ad dictam civitatem Gerunde et monasterium dictorum fratrum minorum Gerunde, eo casu volumus dictum corpus nostrum sepeliri in ecclesia fratrum minorum de appendiciis dicti castri, et postea ossa nostra transferri et translatari ad dictam civitatem Gerunde in dicto monasterio dictorum fratrum minorum Gerunde. Et in hoc casu legamus dictis fratribus monoribus de dictis appendiciis, dicti castri, triginta libras dicte monete illas, videlicet, quas supra legavimus dicto domino archiepiscopo Callaritano, videlicet, viginti

libras pro sepultura terre ecclesie predicte et decem libras pro dicta translatione ossium nostrorum fienda. Preterea, ut prefertur, volumus et mandamus dicta ossa nostra portari et translatari ad Gerundam et sepeliri ad latus tumbe in qua est sepultum funus seu corpus dicti nobilis ac illustrissimi Iaufridi Gilaberti de Crudiliis quondam fratris nostri, in dicto monasterio seu ordine fratrum minorum seu in alio loco in dicto monasterio noticie dictorum nostrorum manumissorum seu alterius eorundem. Et, in isto casu, si videlicet ossa nostra transferentur et portabuntur ad Gerundam et sepelientur in dicto monasterio seu ordine dictorum fratrum minorum eo casu l (egamus) et dari volumus, amore Dei, dictis fratribus monoribus de Gerunda totum residuum quod supererit ex dictis quingentis libris, solutis sumptibus sepulture et translacionis ossium nostrorum, de quo residuo dictarum quingentiarum librarium mandamus fieri atque poni unum lapidem magnum super ossa nostra predicta ad signum de Crudiliis. Et volumus et mandamus quod in altari capelle dicti nobilis Iaufridi Gilaberti de Crudiliis quondam fratris nostri constructe in dicto monasterio dictorum fratrum minorum Gerunde semper ac perpetuo, qualibet die, unus frater minor presbiter celebret missam pro anima nostra in remissionem nostrorum omnium peccatorum et absolvat super funus et ossa nostra. Item volumus, iubemus atque mandamus quod si illustrissimus dominus noster rex Aragonum confirmaverit seu concederet Geraldone et Castellane filiabus et heredibus nostris universalibus infrascriptis, villas nostras quas tenemus in feudum pro dicto domino rege, et Domina Blanca uxor nostra caste vixerit et sine viro, quod ipsa Domina Blanca, uxor nostra, alimentetur noticie et tattacioni dictorum nostrorum manumissorum, una cum dictis Geraldona et Castellana filiab (us et com) petenter de bonis nostris et ipsarum heredum, quandiu caste, ut predicitur, dicta uxor nostra vixerit ac etiam sine viro. Preterea quandocumque ipsam Dominam Blancham viro nubere contingat sive dictus dominus rex predictis et infrascriptis nostris filiabus et heredibus dictas villas confirmet (sponsis) aut non nubat dicta Blanca et velit habere et recuperare de bonis nostris suum augmentum dotis sive suam donacionem propter nupcias quas tempore nostrarum nupciarum sibi fecimus et donaverimus, eo casu volumus et mandamus eidem domine Blanche, uxori nostre, restitui et (exsolvi ce)ntum sexaginta libras monete regalium (Val)encie quas recepimus et habuimus ex illis triginta milibus solidis dicte regalium Valencie qui nobis dari constituti et promissi fuerunt pro sua dote. Et etiam ipso casu mandamus eidem Domine Blanche solyi dictum (argumentum dotis) seu donacionem propter nupcias, quod est quindecim milium solidorum dicte monete regalium Valencie. Et in hoc casu, legamus ipsi Domine Blanche quasdam vestes sui corporis meliores quas habet cum earum monilibus et arneſsiis, dum tamen non eligat ne (sibi tradat, lega)mus vestes sui corporis de velluto coloris lividi quasi obscuri. Si vero dicta domina Blanca, uxor nostra, renunciaverit pure et nunquam habere, nec recuperare, nec sibi solvi voluerit dictum suum augmentum predicte dotis seu donacionis

propter nupcias set ipsum augmentum vel (donacionem) nunc remiserit dictis et infrascriptis nostris heredibus, eo casu restitui et exsolvi volumus eidem Domine Blanche uxori nostre dictas centum sexaginta libras dicte monete regalium Valencie quas recepimus ex dote predicta. Et etiam isto ultimo casu legamus predicte Domine Blanche quindecim libras dicte monete qua(n)tum nobis debetur per venerabilem Rodericum Diez ratione interesse illorum viginti quinque milium solidorum dicte monete regalium Valencie, quos cum publico instrumento nobis debere recognovit ex dote predicta. Item, isto casu, legamus eidem Domine Blanche, uxori nostre, o(mnes vestes sui corporis meliores quas habet cum) earum monilibus, arnesiis, et omnes anulos cum eorum lapidibus, perulas, corrigias argenti et omnia sua iocalia quas et que nunc habet et quas nos etiam sibi fecimus et dedimus et arnesia sui corporis et persone. Item: volumus et mandamus exs (...) nostro, totum illud quod per nos sibi restat ad solvendum ex suo salario tempore quatuor vel quinque annorum per quos nobis servivit ad rationem quindecim librarum alfonsinorum minutorum pro quolibet anno predictorum et vestium quas omnes vestes habuit et ex dicto sa(lario tempore quatuor vel quinque annorum) quindecim libras dicte monete Alfonsinorum minutorum. Item: legamus Bernardo Ferrarii de Episcopali domestico et scutifero nostro pro bono servicio quod nobis prestit atque fecit, decem libras alfonsinorum minutorum. Item: etiam de aliis bonis nostris et ultra predicta acc(epimus dari, amore Dei) et pro anima nostra viginti (lib)ras dicte monete (Al)fonsinorum minutorum de quibus legamus, amore Dei, operi dicte ecclesie Sancte Marie dicti castri quinque libras dicte monete. Item: legamus operi ecclesie Sancte Marie de Bono Aere de appendiciis dicti castri tres libras dicte monete al(fons)inorum minutorum, residuum vero dictarum viginti lib(rarum) quod supra proxime pro anima nostra ultimo accepimus dari volumus et distribui, amore Dei et (pro anima nostra) in missis pro anima nostra celebrandis per illos presbiteros sive fratres et in illis ecclesiis quos et quas dicti nostri manumissiores seu eorum alter elegerint eorundem manumissorum nostrorum seu alterius ipsorum arbitrio et cognicioni. Item: legamus nobili Gilaberto de Crudiliis nepoti nostro sive *nebot* quoddam *camisol de mayla* nostrum quod dum dictus Gilabertus ipsum *camisol* recipiet et sibi tradetur faciat et facere teneatur ac prestare dictis nostris manumissoribus vel eorum alteri seu eorum actori vel procuratori per eos ad hoc constituendo vel ordinando iuramentum et homagium sub pena prodicionis et baudie quod dictum *camisol* non vendat nec vendi faciat, nec alienari, nec ipsum *camisol* mutuet nec accomdet alicui persone nisi ipsum acomoda(re) alicui persone de genere et signo de Crudiliis. Et si dictus Gilabertus obierit sine filiis legitimis quandocumque, quod Deus nolit, volumus quod dictum *camisol* sit et revertat nobis proximiiori in gradu parentele qui sit de genere et signo de Crudiliis. Et ipse Gilabertus et dum dictum *camisol* sibi deliberabitur et tradetur habeat ipsum assentare per iuramentum et homigium in posse dictorum nostrorum manumissorum vel eorum actoris et procura-

toris, ut est dictum: et de fideli et diligentи custodia eiusdem usu conflictus armorum de quo sit sibi super hoc licitum in aliquo non obstante. In omnibus vero aliis bonis nostris mobilibus et immobilebus, actionibus et iuribus universis quecumque sint et ubicumque, dictas Geraldonam et Castellanam, filias nostras et dicte Domine Blanche, uxoris nostre, legitimas et naturales ac pregnatum seu ventrem dicte Domine Blanche, uxoris nostre, de quo nunc ipsam credimus esse pregnantem seu de quo, seu de quibus, pregnatu vel pregnatibus, uno vel pluribus, ipsa Domina Blanca pregnans fuerit sive una fuerit sive plures, femina vel feminine, postume aut medio tempore nata vel nate nobis heredem et heredes instituimus universales. Si vero ex dicto ventre seu pregnatu vel pregnatibus ex nobis in dicta uxore nostra genitis seu gignendis, masculus vel masculi, postumus vel postumi, aut medio tempore nascituri, natus vel nati fuerit vel fuerint solus vel soli vel cum femina vel feminis, ipsum vel ipsos, masculum vel masculos, quo ad villas nostras et bona feudalia que pro dicto domino rege Aragonum tenemus, nobis heredem et heredes universalem et universales instituimus. Et in hoc casu iure institutionis et legitime legamus dictis Geraldone et Castellane, filiabus nostris, et ipsis et cuique seu cuiilibet aliarum filiarum nostrarum feminarum postumarum vel medio tempore natarum omnia alia bona nostra, mobilia et immobilia, que non sint feudalia. Et in hoc casu in ipsis bonis nostris, mobilibus et immobilebus, que tamen non sint bona feudalia nec sub feudo intelligantur, dictas Geraldonam et Castellanam, filias nostras iam natas et alias filiam et filias nostras feminas heredem et heredes instituimus, et eas invicem vulgariter pupillariter et per fideicomissum substituimus. Si vero dicte Geraldona et Castellana filie nostre, sine filiis legitimis et naturalibus in pupillari estate vel etiam, postea quandocumque decesserint ceteros filios et filias nostras, postumos et postumas, ant medio tempore nascituros et nascituras eisdem Geraldone et Castellane substituimus. Si vero aliquo vel aliqua aliarum filiarum nostrarum feminarum postumarum aut medio tempore nasciturarum imfra pupillarem etatem vel etiam, postea quandocumque sine liberis legitimis obierit vel obierint dictas Geraldonam et Castellanam et reliquas filias nostras feminas tunc superviventem et superviventes earum primorienti et primorientibus substituimus. Si vero dicte Geraldona et Castellana et relique omnes filie nostre feminine sine filiis legitimis imfra dictam etatem pupil(l)arem vel postea etiam quandocumque obierint ultime earum decendentri relique et reliquos eius et earum filiarum nostrarum, fratrem et fratres, filios nostros superviventem et superviventes substituimus. Si vero dictis Geraldone et Castellane et aliis nostris filie et filiabus feminis postumis aut medio tempore nascitulis, filius et filii nostri masculi, eius et earum fratres non supervixerint, isto casu, volumus et mandamus quod omnia bona que qualitercumque ex hereditate nostra predicta eiusdem Geraldone et Castellane et aliis filiabus nostris feminis pervenerint, vendantur, dentur et distribuantur per minutum, amore Dei, pauperibus mendicantibus per dictos nostros manumissores seu eorum alterum noticie ipsorum manu-

missorum seu alterius eorundem. Et in hoc casu ipsis Geraldone et Castellane et aliis filie et filiabus nostris, postumis aut medio tempore nascituris, dictos pauperes mendicantes substituimus cuius heredetatis distributionem inter ipsos pauperes mendicantes fiendam ipsis nostris manumissoribus et eorum utrique in solidum, ut est dictum, conferimus ac etiam reservamus cum plenissima facultate; preterea si aliquis vel aliqui filius aut filii nostri masculi, postumus vel postumi aut medio tempore nascitur vel nascituri, infra pupillarem etatem vel etiam postea quandocumque sine filiis legitimis obierit vel obierint relique et reliquos eius et eorum fratrem et fratres filium et filios nostros, masculum et masculos, et eorum filiorum nostrorum filios masculos, nepotes, pronepotes et abnepotes et alios eorum ex recta linea masculini sexus descendentes superviventes ipsis primorienti et primorientibus vulgariter, pupillariter et per fideicommissum substituimus. Preterea confidentes de fide, legalitate et industria dictorum nobilis Gilaberti de Crudiliis, nepotis nostri, et venerabilium Berengarii Rigolfi et Michaelis Ça Rovira eosdem nobilem Gilabertum de Crudiliis et venerabiles Berengarium Rigolfi et Michaelem Ça Rovira et eorum quemlibet in solidum dictis Geraldone et Castellane, filiabus nostris pupillabus et aliis filiis et filiabus nostris, postumis aut medio tempore nascituris, in tutores et pro tempore curatores damus et assignamus qui eorundem omnium et singulorum filiorum et filiarum nostrorum bona regant, defendant, tueantur, gubernent ac etiam administrent, utilia procurando et inutilia evitando quamdiu dicti filii et filie nostri in pupillari et adulta etate permanserint seu fuerint; volumus tamen quod dicti Berengarius Rigolfi et Michael Ça Rovira et eorum utrique teneantur et debeant reddere compotum dicto nobili Gilaberto de Crudiliis eorum contutori et concuratori de omnibus et singulis que rexerint, receperint et administraverint de bonis dictarum tutelle et cure quoziens et quandocumque ipse Gilabertus voluerit et eos possit plenarie, si dicto nobili Gilaberto visum fuerit, liberare de sibi redditis per eosdem. Preterea volumus et mandamus quod quolibet anno dicti tutores et curatores possint seminare et laborare pro dictis filiabus et filiis et heredibus nostris centum *starella* de frumento vel blado ad cognitionem dictorum tutorum et curatorum ad comodum et expensas dictorum filiorum et filiarum nostrorum. Hec est autem ultima voluntas nostra quam laudamus, approbamus, ratificamus et confirmamus et quam valere volumus iure testamenti que si non valet vel non valebit iure testamenti, saltem volumus eam valere iure codicillorum aut alio quocumque iure cuiuslibet ultime voluntatis quo melius iure valere possit et debeat in eternum. Actum est hoc in castro Callari, scilicet, in dicto hospicio sito et posito in dicto castro in dicta platea bladi, vicesima tercia die mensis Iulii anno a nativitate Domini millesimo tricentesimo sexagesimo sexto.

Signum: Bernardi de Crudiliis, testatoris predicti, qui hoc nostrum testamentum quod est ultima voluntas nostra laudamus et firmamus.

Testes vocati et rogati huius testamenti sunt: venerabilis Guillelmus Morera, presbiter; Iacobus de Villario, Arnaldus Pedroselli mercatores;

... DOCUMENTS DEL CONVENT DE SANT FRANCESC...

Michael de Nabal tabernarius, Nicholaus Pelliparii et Iacobus Andree, alias dictus Romano, habitatores castri Callari; Periconus Martini, filius Petri Martini, civis Maioricarum; Garcias de Abel, Berengarius Rigolfi predicti et ego, Guillelmus, regis notarius infrascriptus.

Postea vero, die Mercurii duodecima mensis Ianuarii anno a nativitate Domini millesimo trecentesimo sexagesimo octavo, ad requisitionem et instanciam honorabilis domine Blanche, uxoris dicti nobilis Bernardi de Crudiliis quondam, cum corpus dicti nobilis Bernardi de Crudiliis (h)eri que fuit dies Martis, undecima dicti mensis Ianuarii fuit traditum ecclesiastice sepulture in quadam aula dicti hospicii, iamdicti nobilis Bernardi de Crudiliis fuit predictum testamentum lectum et publicatum in presencia dicte honorabilis domine Blanche uxor dicti nobilis, presentibus testibus venerabilibus Dalmacio de Iardino milite, Petro de Queralto iurisperito, Bernardo de Caciano notario, Francischo Belloti presbitero, Bernardo de Pratis, Bernardo Ferrarii, Lopello de Oriola scutiferis et Castelliono Quaranta farceterio, habitatoribus Castri Callari ad hoc convocatis.

Signum mei: Guillelmi, Regis, auctoritate illustrissimi domini regis Aragonum notarii publici per totum regnum et insulam Sardinie, qui predictis vocatus et rogatus una cum dictis testibus interfui eaque scribi feci et clausi cum raso et aptato in decima nonarlinea ubi aptatur *sumptibus* et in XXI ubi emendarunt *tructe* et in XXVII^a ubi scribitur *nostra* et in XXVIII^a ubi corrigitus *nec* et in XLIII^a ubi dicitur *Aragonum* et in XLIII^a linea ubi continetur *bona feudalia*. Et cum supraposito in XLVI^a linea ubi ponitur *feminarum* et in quinquagesima septima ubi legitur *nobili*.

XLV

Donació: Francesca, vídua de Guillem Darder, mercader de Girona, institueix un aniversari a la capella de Sant Antoni dels franciscans després de la mort del seu fill.

AHPF, pergamí original (30×28 cm) 26 d'abril, 1372.

Noverint universi quod ego, Francisca, uxor Guillelmi Darderii quondam mercatoris Gerunde, per me et meos gratis et ex certa sciencia dono donacione, pura et irrevocabili inter vivos, vobis Antonio filio comuni mihi et dicto quondam viro meo et vobis domine Blanche matri mee tutrici vestri dicti Antonii presenti et pro vobis in nomine vestro acceptanti et vestris et quibus volueritis pro hereditate et legitima via paterna et materna et pro vestri alio iure vobis pertinenti et pertinere debenti in bonis meis presentibus et futuris et super bonis meis mille solidos Barchinone de terno ad omnes vestras voluntates inde libere faciendas, salvo, tamen, et mihi expresse retento quod dictos mille solidos quandiu

vita fuerit mihi comes valeam penes me lícite retinere, nisi nuberem viro,
quo casu illos vobis habeam tradere indilate.

Volo etiam et mihi retineo expresse quod in omni casu de ipsis mille solidis, emantur et emi habeant tot redditus annuales et censuales in alocatione franco in nuda tamen percepcione, sicilicet, sine tertiiis, laudismis et foriscapiis et alio directo dominio quot inde haberri poterunt, et soluciones seu pensiones annuales provenientes ex dictis redditibus vos habeat et percipiatis ac in usus vestros proprios convertatis quamdiu vixeritis in humanis. Vobis vero ab hac luce sublatu de dictis redditibus annualibus et censualibus quolibet anno perpetuo fiat et celebretur anniversarium in capella Sancti Antonii conventus fratrum minorum Gerunde per fratres eiusdem monasterii pro animabus mea et vestra et dicti quondam patris vestri et omnium benefactorum nostrorum; quos redditus annuales dictis fratribus pro dicto anniversario faciendo quolibet anno, ut est dictum, de presenti assigno. Et salvo et cetera et mihi expresse retento quod vos teneamini dare et diffinire mihi et meis totum ius vobis pertinens et pertinere debens in bonis meis et que fuerunt dicti quondam patris vestri et hoc tam ratione hereditatis et legitime vestre paterne et materne et suplementi earundem, quam alterius qualitercumque ratione sine causa, vos vero casu quo ingredi vos contingat ordinem religionis possitis testari et vestras facere voluntates de ducentis solidis ex mille solidis antedictis. Ego vero pro aliquibus sumptibus quos me facere opportuerit in necessitatibus vestris nichil de dictis mille solidis possim seu valeam retinere. Et sic (...). Et ego, Blanca predicta, tutrix dicti Antonii, iamdictam donacionem, sub dictis condicionibus acceptatis, laudo hec et firmo. Actum et hoc Gerunde die vicesima sexta Aprilis a nativitate Domini millesimo CCC^o septuagesimo secundo.

Signum: Francisce, uxoris Guillelmi Darderii quondam, iurantis.

Signum: Blanche, eius matris tutricis, predictarum que hec firmamus et laudamus.

Testes huius rei sunt religiosus frater Petrus Caneti, guardianus, et frater Petrus Rigaldi, lector domus fratrum minorum Gerunde.

Ego, Bonanatus Natalis, notarius publicus substitutus auctoritate regia a Iasperto de Campolongo, publico Gerunde notario, hec scripsi et clausi.

XLVI

Testament: Còpia d'una clàusula del testament d'Agnès, vídua del venerable Guillem d'Abadia, jurisperit de Girona. Deixa 12 lliures per mantenir encès el llum davant la porta oriental de l'església dels franciscans de Girona.

AHPF, còpia del 13 de maig, 1381, pergamí (29.5×28 cm) 10 de desembre, 1373.

Hoc est translatum fideliter sumptum Gerunde, tricesima die mensis Madii anno a nativitate Domini M CCC LXXX primo, auctoritate et decreto venerabilis et discreti Iohannis de Dons, iudicis ordinarii Gerunde, in hiis intervenientibus a quadam clausula contenta in testamento ultimo domine Agnetis uxoris venerabilis Guillelmi de Abbacia quondam iuperiti (*sic*) Gerunde in quo quidem testamento fuit heredis institucio ac fuerunt septem testes in ipso testamento vocati et rogati: quod quidem testamentum fuit confectum tricesima die mensis Augsti anno a nativitate Domini millesimo trecentesimo septuagesimo sexto et clausum per Berengarium Capella, notarii Gerunde, quod quidem testamentum sic incipit. In Christi nomine qui solita pietate neminem vult perire, imo omnes in se sperantes salvat et custodit et ad perobtata Paradisi gaudia feliciter perducit: idcirco, ego, Agnes, uxor venerabilis et discreti Guillelmi de Abbacia iurisperiti civis Gerunde, detenta in partu de quo partu morte timeo corporali, tamen in meo bono sensu plenaque memoria et firma loquela existens, sperans in illo qui est salus eterna et redempcio mea, meum condo et facio testamentum in quo meos pono et eligo manumissores et huius mei testamenti executores, videlicet, dictum Guillelhum de Abbacia, virum meum presentem et venerabiles Raimundum Emeterii, campsorem, et clavigerum ecclesie sedis Gerunde qui nunc est et qui pro tempore erit absentes quibus siquidem manumissoribus meis et duobus eorum in solidum dono et confero plenum et liberum posse petendi, exigitendi et recipiendi omnia et singula debita mutua etcetera. Item tenor dicte clausule talis est. Preterea volo et mando emi de bonis meis et que fuerunt dicti quondam patris mei cuius ego heres universalis existo, redditus perpetuales in bono loco, tuto, idoneo et seculo noticie et arbitrio dictorum meorum manumissorum, precio duodecim librarum dicte monete de et pro quibus expresse mando et volo, et sic dictus dominus pater meus voluit et mandavit in eius ultimo testamento, quod fiat servicium illius lampadis que ardet ante portale orientale ecclesie fratum minorum Gerunde, et quos etiam redditus iam dictus dominus pater meus dimisit et assignavit seu mandavit precio ipsarum duodecim librarum emi pro promissis in eius ultimo testamento inde confecto decima die mensis Decembris anno a nativitate Domini M CCC septuagesimo tercio, auctoritate notarii subscripti.

Ego, Iohannes de Donç, iudex ordinarius Gerunde, huic translato a suo originali sumpto et cum eodem de verbo ad verbum fideliter comprobato auctoritatem meam iudicialem interpono pariter et decretum manu propria subscribendo.

XLVII

Venda: Guillem de Puigmames de Carcassona, que havia residit a Girona, ven a Guillem Albó la seva propietat al carrer d'en Ricard

d'Osca de Girona en alou de la segona sagristia de l'església de Girona,
per 16 lliures i mitja de tern.

AHPF, pergamí original (56×45.5 cm) 21 de maig, 1375.

Noverint universi quod ego, Guillelmus de Puigmames, magister tegularum, dudum habitator Gerunde, nunc vero habitator Carcassone, nomine meo proprio et tanquam pater et legitimus administrator Petri pupilli, filii mei, ac filii et heredis Catharine quondam uxoris mee, quibus supra nominibus gratis et ex certa scientia utilitate mea et dicti filii mei super hiis cognita et attenta, per me et meos et per dictum filium meum et suos de consensu et voluntate venerabilis et discreti Petri Cantoni, iudicis ordinarii, Gerunde et eius auctoritate et decreto in hiiis interventientibus, vendo et titulo pure et perfecte vendicionis concedo et trado vel quasi trado vobis, Guillelmo Alboni, sabaterio Gerunde, presenti et vestris et quibus volueritis perpetuo quoddam hospicium cum pertinenziis suis quod ego nominibus predictis habeo, teneo et possideo in civitate Gerunde, in carrario vocato d.en Ricart d'Oscha, in alodo sacristie secunde ecclesie Gerundensis, prout afrontatur ab oriente in hispicio d'En Vals de Lambillis, a meridie in dicto carrario, ab occidente in hospicio vestro et a circio in alio carrario publico inde transeunti. Predictam siquidem hospicium (...) perpetuo vendo r(acioni)bus antedictis precio, vide licet, sexdecim librarum et medie monete Barchinone de terno quas a vobis confiteor habuisse et recepisse numerando, renunciando (...). Et si plus (...) constituens me (...). Salvo tamen iure dicte sacristie secunde ecclesie Gerundensis et venerabilis sacriste eiusdem in omnibus, cui domina Margarita, uxor venerabilis Bernardi de Riaria quondam civis Gerunde, filia et heres venerabilis Arnaldi de Vivariis, moniris dierum quondam iureperiti Gerunde et sui solvant censem quem sibi facit pro hiis et aliis que ibi pro dicta sacristia tenet. Et salvo etiam iure dicte domine Margarite et suorum in omnibus, cui et suis dabitis vos et vestri successores in dicto hospicio annuatim perpetuo pro censu dicti hospicii in festo Penthecostes decem solidos monete Barchinone de terno. Et est certum quod omnia tercia, laudismia et foriscapia ex predictis proveniencia sunt et esse debent inter dictum venerabilem sacristam et dictam Dominam Margaritam et suos, ita quod de ipsis dictus sacrista recipit quinque partes et dicta Domina Margarita et sui quatuor partes et baiulus dicte sacristie habet suum retrodecimum, tam de parte dicti sacriste quam dicte Margarite sine aliquo alio retentu quem in predictis non facio ullomodo. Et sic nominibus, quibus supra per me et meos et per dictum filium meum et suos, promitto (...). Et pro predictos (...). Et ego, Petrus Cantoni, iudex ordinarius Gerunde memoratus, iamdicte vendicioni et aliis omnibus et singulis supradictis consencio et eisdem auctoritatem meam iudicialem presto pariter et decretum. Actum est hoc Gerunde vicesima prima die Madii anno a nativitate Domini millesimo trecentesimo septuagesimo quinto.

... DOCUMENTS DEL CONVENT DE SANT FRANCESC...

Signum: Guillelmi de Puigmames predicti qui hec nominibus quibus supra firmo et laudo pariterque iuro. Signum: Petri Cantoni iudicis memorati, qui predictis consensit eisdemque auctoritatem suam iudicialem prestitit pariter et decretum. Testes huius rei sunt Michael Rubei, tabernarius, et Narcissus Maya scriptor Gerunde.

Ego, Petrus Rubei, sacrista secundus ecclesie Gerundensis, salvo iure in omnibus dicte sacristie, dictam vendicionem firmo. Et ego, Petrus Costa, baiulus dicte sacristie, subscribo.

Signum: Margarite, uxoris venerabilis Bernardi de Riaria quondam civis Gerunde, filieque et heredis universalis prefati venerabilis Arnaldi de Vivariis quondam, que predictam vendicionem firmavit, salvo iure suo in omnibus superius expressis et non expressis quam firmam recepi et de mandato ipsius Margarite hic apposui ego, Franciscus de Cantalupis, notarius infrascriptus, die XVIº Novembris anno a nativitate Domini millesimo trecentesimo octuagesimo primo, vocatis ad hoc et presentibus testibus Petro de Costa et Anthonio Quintani, scriptoribus Gerunde.

Ego, Franciscus de Cantalupis, notarius publicus substitutus auctoritate regia a Iasperto de Campolongo, publico Gerunde notario, hec scripsi et clausi cum raso et emendato in linea XIII^a ubi dicitur *quibus supra*. Et cum supraposito in linea XXII^a ubi legitur *et baiulus dicte sacristie habet suum retrodecimum tam de parte dicti sacriste quam dicte Margarite.*

Segueix l'escriptura d'àpoca.

XLVIII

Testament de Guillem Bernat de Perles, beneficiat de la catedral de Girona, que deixa 20 sous de Barcelona de tern als franciscans.

AHPF, pergami original (57.5×34 cm) 24 de desembre, 1376.

In Christi nomine qui pro mundi salute carnem sumpsit de utero virginali et demum in crucis patibulo mortem subiit corporalem et propterea neminem in se sperantem vult solita pietate perire sed ad gaudia paradisi perducit, amen. Ego, Guillelmus Bernardi de Perlis, presbiter beneficiatus in ecclesia sedis Gerunde, in mea bona sanitate et loqua facio, condo et ordino testamentum meum in quo pono et eligo manumissores meos, videlicet, Bonanatum Veray, Guillelmus Castilionis, Bernardum Egidi, clericos sedis, et Berengarium Ferrarii clericum Sancti Felicis, et Petrum Bernardi de Perlis, capellatum Sancti Danielis Gerunde, quibus omnibus et quatuor et tribus et duobus ex ipsis in solidum si alii eorum esse non possent vel uti dicte manumissorie nollent, confero plenum posse petendi, requirendi, eixgendi et habendi in iudicio vel extra solvendi, distribuendi et vendendi ad tempus vel ad imperpetuum cum *incantu* et sine, omnia bona mea mibilia et immobilia ubique et omnia alia generaliter que ego facere possem ante ordinacionem huius testa-

menti, sicut inferius invenerint ordinatum et alia ut eis melius videlicet faciendum, nisi ea que in dicto testamento scripta et ordinata sunt ego complevero in vita mea. Et etiam apocham et apochas, instrumentum et instrumenta vendicionum, solucionum et recepcionum faciendi. In primis iubeo et volo quod in iurie mee et debita que manifeste apparuerint, restituantur et persolvantur de bonis meis simpliciter et de plano per dictos meos manumissores ad cognitionem ipsorum. Item volo et mando corpus meum sepeliri in cimiterio ecclesie sedis Gerunde, videlicet, in tumulo Castilionis Moreti quondam clerici dicte sedis, consobrini mei. Et volo quod fiat ibi sepultura mea bene et honorifice de bonis meis per dictos meos manumissores ad cognitionem ipsorum, et etiam absolucione in crastinum et etiam in capite anni, ut de meis similibus est fieri consuetum in dicta sede. Iten dimitto cruci maiori dicte sedis quinque solidos. Item operi eiusdem viginti solidos. Item pro elemosina illa die omnibus pauperibus qui dicte sepulture interfuerint et elemosinas petierint cuilibet unum denarium. Item dimitto pro missis celebrandis in ecclesia Sancti Felicis pro anima mea et benefactorum meorum, viginti solidos. Item operi eiusdem, viginti solidos. Item cruci maiori eiusdem ecclesie, si dicte sepulture mei interfuerint, quatuor solidos. Item dimitto in ecclesia monasterii de Gallicatu pro missis celebrandis viginti solidos. Item cruci maiori ipsius ecclesie, similiter quatuor solidos. Item in ecclesia Sancti Martini pro missis celebrandis, viginti solidos. Item cruci maiori ecclesie eiusdem, similiter quatuor solidos. Item aliis crucibus civitatis que dicti mee sepulture interfuerint, cuilibet earum duos solidos. Item operi ecclesie de Mercatallo, decem solidos. Item pauperibus hospitalis novi, centum solidos. Item mense Predicatorum, Gerunde, viginti solidos. Item mense Fratrum Mercedis Captivorum, decem solidos. Item mense Fratrum Minorum, Gerunde, viginti solidos. Item mense Fratrum Sancte Marie de Carmelo, viginti solidos. Item mense Sororum Sancte Clare Gerunde, viginti solidos et quod omnes teneantur rogare Deum pro anima mea et parentum et benefactorum meorum. Et ultra hoc, volo quod dentur cuilibet domine ipsius monasterii quinque solidos, ita videlicet quod quelibet earum et omnis in simul teneantur per triginta dies continuos subsequentes post mortem meam dicere septem psalmos cum letania in coro ipsius monasterii pro anima mea et benefactorum meorum ad cognitionem domine abbatisse, et alie que non sunt literate per dictos triginta dies, pro qualibet dei centum Pater Noster et centum Ave Maria. Item dimitto die sepulture mee vel in crastinum cuilibet domine moniali monasterii Sancti Danielis que sit in *sedenti* dicti monasterii pro pietancia, duodecim denarios et cuilibet domine moniali que non sit in sedenti decem denarios et cuilibet scolarie, sex denarios. Et domine abbatisse et capellano et ebdomedario eiusdem monasterii cuilibet ipsum, duos solidos, ut rogent Deum pro anima mea. Item dimitto pro missis celebrandis pro anima mea et benefactorum meorum in ecclesia dicti monasterii Sancti Danielis ducentos solidos de quibus volo quod dentur cuilibet sacerdoti qui ibi celebraverit missam pro anima mea sex

denarii illa die cognitioni capellani, alias nichil, et hoc dum dicti ducenti solidi sufficient. Item dimitto pro missis celebrandis in ecclesia Sancti Saturnini de Villafredario pro anima mea et parentum et benefactorum meorum ducentos solidos ad cognitionem dictorum meorum manumissorum. Item capelle Sancti Petri de Villela, pro ornamenti altaris, decem solidos. Item pro reparatione cohoperet et aliis necessitatibus capelle Sancti Laurencii de Perlis, centum solidos. Item pro ornamenti altaris Sancte Marie de Olivis decem solidos. Item volo et mando quod post finem meum de bonis meis conducantur quatuor presbiteri bone vite et honeste, ad cognitionem meorum manumissorum, vel unus post alium si statim de facilis inveniri non possent, ad cognitionem dictorum meorum manumissorum, qui teneantur interesse divinis officiis in ecclesia Sedis et celebrare ibi missam quater in qualibet septimana per unum annum completum pro anima mea et parentum et benefactorum meorum et illorum quibus in aliquo teneat et etiam in satisfacionem et esmendam officii mei falliti et non per me completi sicut magestati Domini Nostri Ihesu Christi placuerit ordinandum. Et quod quilibet ipsorum presbiterorum antequam dictam intratam recipiat iuret in manu manumissorum meorum quod ipse durante dicto termino non vadat extra ecclesiam dicte Sedis pro celebrando missam vel missas ratione salarii, nec etiam dictam Sedem recipiat certas missas pro alio nec septimanam missarum matutinalium vel maiorum facere ibidem pro aliis. Et si aliquis ipsorum contrarium fecerit in continentia removeatur a dicta intrata sub pena salarii quod sibi debebitur illo tunc ratione predicta et tunc ponatur ibi alius loco illius, modo et forma predictis, tamen possint recuperare oblaciones et denarios anniversariorum que dantur in coro dicte sedis, et etiam si

aliqua persona voluerit eis dare oblacionem pro missa celebrada infra dictam sedem et tunc celebrare possint pro eisdem ut eis videbitur faciendum. Et pro labore eorumdem volo quod quisque eorum habeat de bonis meis per manus meorum manumissorum transactibus tribus mensibus computando a prima die dicte intrate quatuor libras Barchinone aut maius vel minus si dictis manumissoribus meis videbitur faciendum; et sic deinde quounque dictum tempus ceompletum fuerit. Item volo, ordino et mando quod omnia contenta in quadam cedula papirea mea manu propria scripta que incipit. In nomine domini nostri Ihesu Christi, ego, Guillelmus Bernardi de Perlis, etcetera, compleantur et observentur in totum bene et complete sicut si essent in presenti testamento scripta et expressata ac etiam si in dicta cedula esset aliquid cancellatum vel supra scriptum. Item dimitto cuilibet meorum manumissorum qui de presenti manumissoria usi fuerint unum florenum auri et quod satisfiat eis de labore dicte manumissorie cognitioni procuratorum anniversariorum sedis et conscientie eorumdem manumissorum. Item dimitto domino Episcopo Gerundensi ut presens meum debeat firmare testamentum, unum aureum. In omnibus aliis vero bonis meis mobilibus et immobilibus, presentibus et futuris, solutis piis lexiis et legatis meis ut dictum est, et nisi in eis

que in vita mea complevero de predictis vel etiam contentis in dicta cedula papirea vel etiam verbo, presentibus duobus testibus ordinavero vel mandavero scribi in ipsa cedula, instituo et heredes meos universales facio aniversaria ecclesie Sedis Gerundensis predice. Hec est autem ultima mea voluntas quam laudo, approbo atque firmo quamque valere volo iure mei ultimi testamenti et si iure testamenti non valeat, volo enim saltem valere iure codicillorum vel alterius cuiuscumque mee voluntatis eis meliori modo iure et forma quibus melius de iure valere debeat et tenere. Actum est hoc Gerunde die vicesima quarta mensis Decembris anno a nativitate Domini millesimo trecentesimo septuagesimo sexto.

Signum: Guillelmi Bernardi de Perlis predicti qui hoc meum testamentum firmo firmarie rogo.

Tastes huius testamenti vocati et rogati sunt Guillelmus Celera clericus Sedis, Poncius Narbonesii sacrista de Alburnis, discreti, Iohannes de Fontecooperto et Narcissus Simonis notarius, Franciscus Magistri et Iacobus Draperii, draperii Gerunde et Raimundus de Pinu, bracerius Gerunde.

Nos, Berengarius Dei gratia electus confirmatus in episcopum Gerundensis ecclesie, laudamus, aprobamus hoc testamentum et manu nostra subscripssimus.

Ego, Petrus de Ponte, notarius publicus substitutus auctoritate, regia a Iasperto de Campolongo publico Gerunde notario, hoc testamentum recepi et in hanc publicam formam redigi et scribi feci et clausi cum supraposito per me in linea quinta ubi ponitur *in solidum*.

XLIX

Testament: Clàusula del testament de Pere Solà; llega 20 sous de Barcelona de tern als franciscans perquè celebrin aniversaris per ell a l'església.

AHPF, còpia del 16 de gener, 1426, pergamí (33.5×32 cm) 14 de desembre, 1377.

Hoc est translatum fideliter sumptum Gerunde sextadecima die mensis Ianuarii, anno a nativitate Domini millesimo quadrigentesimo vicesimo sexto, auctoritate et decreto honorabilis Iohannis Raphaelis, in legibus licenciati, iudicis ordinarii Gerunde, in hiis intervenientibus a quadam clausula posita et contenta in ultimo testamento facto et condito per Petrum Solani quandam badellum et civem Gerunde continente legatum per ipsum Petrum Solani factum conventui domus fratrum minorum Gerunde pro anniversario inibi pro eius anima celebrando, quequidem clausula fuit sumpta a nota ipsius testamenti nondum in publicam formam redacte (sic). Quod quidem testamentum fuit factum et conditum

per eundem Petrum Solani Gerunde quartadecima die mensis Decembris, anno a nativitate Domini millesimo trecentesimo septuagesimo septimo, in posse discreti Petri Pinos quondam, notarii Gerunde, in quo testamento sunt heredis universalis institucio et clausula finalis et septem testes vocati et rogati prout in ipsi testamento lacijs exaratur. Et quod testamentum sic incipit: In nomine Domini nostri Ihesu Christi qui solita pietate neminem vult perire sed omnes in se sperantes salvat et custodit et ad perobtata gaudia paradisi feliciter perducit, ego, Petrus Solani, bedellus et civis Gerunde, gravi detentus infirmitate de qua mori morte timeo corporali, in meo tamen bono sensu plenaque memoria et loquela persistens, meum condo, facio et ordino testamentum in quo meos pono et eligo manumissiores et huius mei testamenti executores, scilicet, dominam Berengariam, uxorem meam et Franciscum Corone, clericum beneficiatum in ecclesia Sancti Felicis Gerunde, Franciscum Magistri draperium et Petrum Pinos notarium Gerunde subscriptum quibus manumissoribus meis, de duobus eorum in solidum de quibus duabus sit unus dicta Berengaria, uxor mea, quamdiu vixerit, dono et confero plenariam potestatem petendi, exigendi et recipiendi omnia et singula bona et iura mea etcetera. Tenor vero dicte clausule talis est: —item volo et ordino atque mando quod heres meus universalis et sui teneantur dare et exsolvere quolibet anno perpetuo simili die qua obiero conventui domus fratrum minorum Gerunde, pro anniversario inibi celebrando pro anima mea, viginti solidos Barchinone de terno, et quod ipsi fratres minores teneantur celebrare et facere dictum anniversarium quolibet anno perpetuo simili die qua obiero, missas celebmando et absolucionem supra tumulum meum faciendo pro anima mea, prout in similibus est fieri consuetum. Et volo et ordino ac dispono quod dicti fratres minores vel aliquis alius eorum nomine non possint vendere vel alienare dictos viginti solidos annuales, quod si facere presumpserint, eo casu dicti viginti solidi annuales sint et esse volo confratrie Beate Marie, sedis Gerunde, cuius prepositi ipso casu teneantur dictum anniversarium facere celebrari pro anima mea quolibet anno perpetuo cum absoluzione prout est fieri consuetum.

Ego, Iohannes Scuderii, notarius publicus, auctoritate regia substitutus a Iacobo de Campolongo publico civitatis baiulie et vicarie Gerunde suarumque pertinenciarum notario huic translato pro teste me subscribo.

Ego, Bernardus Ferrari, notarius publicus, auctoritate regia substitutus a Bernardo de Campolongo, publico civitatis baiulie et vicarie, Gerunde suarumque pertinenciarum notario translato huic pro tempore subscribo.

Ego, Iohannes Raphaelis, notarius in legibus, iudex ordinarius Gerunde, huic translato autentico cum suo originali fideliter comprobato metram auctoritatem iudicialem interpono pariter et decretum hec mea manu subscribendo.

Ego, Berengarius Vitalis, notarius publicus, auctoritate regia substitutus a Bernardo de Campolongo, publico civitatis baiulie et vicarie,

Gerunde suarumque pertinenciarum notario, hoc translatum clausule testamenti prenotati a suo originali nota sumptum, et cum eadem de verbo ad verbum fideliter correctum et comprobatum, auctoritate et decreto dicti honorabilis iudicis ordinarii Gerunde, inde ut prescribitur(hiis) interventientibus scribi feci et clausi cum supraposito in XXII linea ubi dicitur *alius*.

L

Assignació: Confirmació del noble Guerau de Cervià que, pel testament dels seus pares, els franciscans han de rebre 45 sous per assignació de Barcelona de tern per celebrar aniversaris a l'església.

AHPF, pergamí original (69.5×60 cm) 2 de desembre, 1379.

Noverint universi quod nos, Geraldus de Cerviano nobilis scientes et attentes quod nobilis Domina Sibilia de Cerviano quondam mater nostra carissima, uxor nobilis Francisci de Cerviano quondam patris nostri, iussit et mandavit in eius ultimo testamento inter cetera, fieri aniversarium quolibet anno in ecclesia fratrum minorum Gerunde, pro quo fiendo iussit et mandavit dari conventui ipsius ecclesie sexsaginta solidos Barchinone de terno quolibet anno, prout in testamento ultimo ipsius nobilis domine Sibilie confecto in castro de Cerviano XVIIº die mensis Novembris, anno a nativitate Domini MºCCCºLXXº sexto in posse discreti Guillelmi Lobeti, notarii Gerunde, continetur, de quibus quidem sexsaginta solidis annalibus et rendalibus pertinuerunt quindecim solidi annales ecclesie de Cerviano et clericis eiusdem pro quarta parte ipsos contingente ex predictis denariis, propter quod remanserunt quadraginta quinque solidi tantum annales dicte ecclesie fratrum monorum et conventu suo. Preterea attentes quod conventum fuit et initum inter nos et fratres dicti conventus quod nos faciamus certam assignacionem dicto conventui et fratribus ipsius de dictis quadraginta quinque solidis annalibus, rendalibus et censualibus in et super aliquibus proprietatibus super quibus dicti fratres habeant, colligant et percipient ipsos quadraginta et quinque solidos, prout de dicta convencione et promissione per nos sibi facta ap(p)aret per instrumentum inde confectum XIIº die mensis Septembris proxime preteriti in posse notarii subscripti. Unde cum ad presentis nos non recipiamus aliquos census sic in tam competenti et idoneo loco dicto conventui et fratribus ipsius sicut in terris subscriptis, igitur attentis predictis, per nos et nostros heredes et successores, assignamus et damus ac asignacionem dicto conventui et fratribus eiusdem conventus licet absentibus tanquam presentibus in posse notarii subscripti tanquam publice persone nomine omnium quorum interest et intererit legitimate stipulantis et recipientis et vobis venerabili fratri Petro de Gornallo nunc gardiano ipsius conventus presenti facimus de dictis quadra-

ginta quinque solidis annualibus, rendalibus et censualibus in et super quatuor fexiis terre contiguis que sunt in plano de Molleto et tenentur sub alodio et directo dominio nostro prout sequitur. Primo enim assignamus vobis, dicto venerabili gardiano, nomine vestro et nomine aliorum fratrum dicti conventus et eidem conventui pro dicto aniversario annuatim fiendo et prestando omnes illos quatuordecim solidos dicte monete annales, rendales et censuales ac perpetuales quos nobis prestat et facit annuatim Arnaldus Iuliani parochie de Burdillis in festo Omnim Sanctorum pro quadam fexia terre quam pro nobis tenet ad directum dominium in dicto plano de Molleto prout affrontatur ab oriente in honore Mathei Dalmacii dictie parochie de Burdillis, a meridie in honore Guillelmi Berengarii parochie supradicte de Molleto, ab occidente in alio honores dicti Arnaldi Iuliani et a circio in honore mansi Monerii dicte parochie de Burdillis. Preterea assignamus dicto conventui et vobis, dicto gardiano nomine dicti conventus, omnes illos alias quatuordecim solidos ipsius monete annales, rendales et censuales quos nobis prestat et facit annuatim in dicto festo Omnim Sanctorum dictus Matheus Dalmacii dictie parochie de Burdillis pro quadam alia fexia terre quam pro nobis ad directum dominium tenet ipse Matheus in eodem loco alteri fexie supradicte contigua prout affrontatur ab oriente in honore Guillelmi Naton dicte parochie de Burdillis, a meridie in honore dicti Guillelmi Berengarii, ab occidente in honore predicto dicti Arnaldi Iuliani et a circio partim in honore dicti Matei Dalmacii et partim in honore dicti Mansi Monerii de Burdillis. Preterea damus et assignamus ac assignacionem facimus vobis, dicto gardiano presenti et aliis fratribus dicti vestri conventus licet absentibus ex ac de illis duodecim solidis et sex denariis eiusdem monete annualibus, censualibus et rendalibus quos nobis prestat et facit annuatim in eodem festo et termino dictus Guillelmus Naton pro quadam alia fexia (terre) ibidem contigua quam pro nobis ut pretangitur et sub alodio ac directo dominio nostri tenet dictus Guillelmus, prout affrontatur ab oriente in honore Petri Vitalis, ferrarii Gerunde, a meridie in honore dicti Guillelmi Berengarii, ab occidente in honore dicti Mathei Dalmacii et a circio partim in honore mansi Ribe dicte parochie de Burdillis et partim in honore dicti Mathei Dalmacii. Ulterius et ultimo, damus et assginamus vobis, dicto venerabili gardiano, nomine vestro et aliorum fratrum dicti vestri conventus pro dicto aniversario annuatim, ut predictur, fiendo ad complementum dictorum quadraginta quinque solidorum annualium et rendalium omnes illos quatuor solidos et sex denarios predicte monete censuales, rendales et perpetuales quos nobis prestat et facit annuatim dictus Petrus Vitalis, ferrarius Gerunde in dicto festo Omnim Sanctorum pro quadam fexia alia terre predicte proxime contigua prout affrontatur ab oriente partim in honore dicti Guillelmi Berengarii et partim in honore Anthonii Textoris dicte parochie de Molleto, a meridei in honore dicti Guillelmi Berengarii, ab occidente in honore dicti Guillelmi Berengarii, ab occidente in honore dicti Guillelmi Naton et a circio partim in honore dicti mansi Ribe et

partim in honore dicti Anthonii Textoris. Ita videlicet quod amodo vos, dictus gardianus et vestri successores in dicto officio vestro fardianie et dictus conventus petatis, exigatis et recipiatis a prenominatis Arnaldo Iuliani et a Matheo Dalmacii ac a Guillielmo Naton necnon et a dicto Petro Vitalis dictos quadraginta et quinque solidos Barchinone censuales, annales, rendales et perpetuales, scilicet, utrique ex ipsis partem eos et quemlibet ipsorum contingentem ac ipsos Arnaldum Iuliani, Matheum Dalmacii, Guillelimum Natoni et Petrum Vitalis de et pro premissis compellatis et distringatis seu compelli et distringi faciatis ad solvendum et prestandum vobis et vestris dictos quadraginta et quinque solidos per terminum ante dictum scilicet quemlibet eorum partem contingentem prout superius dividitur et designatur necnon sequestra et emparas faciatis pro premissis in et super dictis fxiis terre et fructibus et expletis ipsarum totiens quotiens vobis vel vestris successoribus in dicto vestro officio et conve(n)tui vestro supradicto cessari contigerit dictum censum necnon faciatis de et pro premissis quadraginta quinque solidis annalibus, rendalibus et censualibus et parte ex ipsis, fines, diffiniciones et absoluciones generales et speciales ac apocham et apochas de receptis et pactum de ulterius non petendo et omnia alia in et super premissis et circa premissa libere faciatis et exerceatis prout nos facere poteramus ante huiusmodi instrumenti confectionem quoniam nos (...); constituentes (...), salvo tamen nobis iure indirecto dominio ipsius census videlicet in terciis, laudismiis, foriscapiis, emparis, firmamento iuris, faticis et iure retinendi et in omnibus aliis que ad directum dominium pertinere noscuntur ac etiam salvo et expresse nobis et nostris retento videlicet quod si nos vel nostri voluerimus redimere dictum censum quadraginta quinque solidorum et solverimus vobis totum precium ipsorum in una solucione vel infra duas soluciones prestando vobis et dicto conventui illud precium quod venerabilis officialis domini episcopi et prior Predicatorum Gerunde neverint esse prestandum et dandum ac iustum et rationi consonum quod nos possimus redimere ipsam noticie ipsorum venerabilium officialis et prioris velimus in una solucione vel etiam in duabus solutionibus et vicibus. Et sic (...). Et pro predictis (...). Et nichilominus (...). Et nos, Blanca de Cerviano, uxor dicti nobilis Geraldi de Cerviano, predictis consentientes omnibus et singulis laudamus omnia et singula supradicta et firmamus. Et nichilominus per nos et nostros gratis et ex certa sciencia damus, diffinimus et remittimus vobis dicto emptori et vestris perpetuo totum ius nobis pertinens et competens et pertinere et competere debens nunc vel in futurum in et super dictis quadraginta quinque solidis censualibus per dictum nobilem Geraldum de Cerviano vobis dicto venerabili gardiano et conventui vestro asiginatis et datis prout superius continetur et expressatur et hoc tam ratione dotis nostre quam nos habemus in et super bonis dicti nobilis per nos dicto nobili Geraldo constitute tempore nupciarum nostrarum et suarum quam etiam ratione donacionis propter nupcias per eundem nobilem nobis constituite eodem etiam tempore nupciarum nostrarum et suarum quam etiam

ratione lucri seu augmenti nupcialis quod lucratura sumus in et super redditibus ac bonis et iuribus dicti nobilis viri nostri casu quo sibi supervivamus quam etiam aliqua alia quavis ratione seu casua cedendo (...). Et ego, frater Petrus de Gornallo, gardianus conventus fratrum minorum Gerunde, predictis consciens omnibus et singulis supradictis sub modis et formis ac condicionibus et retencionibus supradictis per vos, dictum nobilem Geraldum de Cerviano, superius expressis et retentis ac designatis, laudo hec et firmo per me et dictum conventum dictorum fratrum minorum Gerunde. Et nichilominus nomine meo et dicti conventus et fratrum ipsius gratis et ex certa sciencia convenio et promitto/bona fide ac firma et valida stipulacione vobis dicto nobili Geraldu de Cerviano presenti, quod si vos vel vestri volueritis redimere dictum censuale et solveritis dicto conventui seu michi nomine eiusdem aut successoribus meis in dicto meo officio gardianie totum dictum premium dicti census quadraginta et quinque solidorum in una solucione aut infra duas, noticie et arbitrio venerabilium officalis reverendi domini episcopi et prioris monasterii Predicatorum Gerunde qui pro tempore erit et etiam solveritis dicto conventui seu michi ipsius nomine aut successoribus meis in dicto meo officio omnes soluciones tunc preteritas dicti censualis et etiam satisfeceritis de solucione que tunc fieri deberet pro rata temporis computando et etiam de omnibus missionibus et dampnis per dictum conventum pro predictis exigendis tunc factis et sustentis qualitercumque, eo casu seu casibus faciam ego et successores mei in dicto officio meo facient vobis et vestris diffinicionem et absolucionem de toto censuali predicto et dictum vendicionale instrumentum si ipsum habuerimus, ego aut dicti mei successores in formam publicam vobis trademus et deliberaverimus seu ipsum in nota faciemus cancellari vel si malueritis faciemus vobis et vestris de predicto censuali vendicionem sine evicione bonorum dicti conventus de qua vobis non teneamur nisi casu quo dictum censuale esset per me vel successorem aut successores meos aut dictum conventum alteri persone obligatum; quo casu tamen teneamur vobis et vestris de evicione. Et pro predictis (...), de quibus omnibus supradictis tam nos dictus nobilis quam etiam ego dictus gardianus nomine dicti conventus petimus nobis et utrius nostrum fieri et tradi unum publicum instrumentum ut appareat in futurum. Actum est hoc in castro de Cerviano secunda die mensis Decembris anno a nativitate Domini millesimo trecentesimo septuagesimo nono.

Signa nostrorum Geraldus de Cerviano nobilis, et Blanche eius consortis iurantium. Signum: fratris Petri de Gornallo gardiani consciensis predictorum, qui hec firmamus et laudamus. Testes huius rei sunt venerabilis Petrus de Villafredario, domicellus et Iacobus Vitalis ac Bernardus Muruny de Cerviano.

Ego, Berengarius Capella, notarius publicus substitutus auctoritate regia a Iasperto de Campolongo, publico Gerunde notario, hec scribi feci et clausi et constat michi de suprascripto in tricesima prima linea ubi legitur *in una solucione* et in quinquagesima tercia linea ubi scribitur *vos*.

LI

Promesa: Pere de Bordils s'obliga davant fra Antoni Amat, guardià dels franciscans, a satisfer-li anualment quinze sous per a un aniversari en sufragi del seu pare, dit també Pere de Bordils.

AHPF, pergamí orginal (47×30 cm) 11 de gener, 1384.

Noverint universi quod ego, Petrus de Burdillis civis Gerunde, filius et heres universalis venerabilis Petri de Burdillis quondam civis dicte civitatis, sciens et attendens quod dictus quondam pater meus in eius ultimo testamento mandavit dari et distribui de bonis suis pro salute et remedio anime sue quatuor mille solidos Barchinone de terno in piis causis noticia et arbitrio manumissorum suorum quicquidem quatuor mille solidi fuerunt distributi, demptis inde sexcentis solidis qui tamen, ut assero, adhuc restant ad distribuendum et solvendum, preterea attendens quod statutum et conventum fuit inter me et vos, venerabilem et religiosum Anthonium Amati nunc gardianum conventus monasterii fratrum minorum dicte civitatis quod donec(h) ego solverim vobis seu successoribus vestris in dicto officio dictos sexcentos solidos vel fecerim empacionem de ipsis in bono loco et seculo emendo illos redditus qui inde haberint poterint pro dicto precio et assignavero eos vobis seu dicto conventui solvam et prestem vobis et dictis vestris successoribus in dicto conventu annuatim quintadecima die mensis Ianuarii pro anima dicti quondam patris mei quindecim solidos dicte monete pro anniversario annuatim in dicta ecclesia fratrum minorum fiendo pro remedio et salute dicte anime ipsius patris mei et quod vos et successores vestri in dicto officio una cum aliis fratribus dicti conventus teneamini celebrare seu celebrari facere missam solemnem et conventualem in dicta vestra ecclesia, et facere absolucionem supra tumulum seu carnerium ipsius patris mei quondam cum aqua benedicta et orationibus assuetis quolibet anno dicta die, hoc tamen michi salvo et expresse retento, videlicet, quod si ego vel mei ememus dictos quindecim solidos annuales et censuales in bono loco et tuto cum iure emp(are) sine tamen terciis, laudismis et foriscapiis et alio directo dominio et assignabimus eos dicto conventui vestro pro premissis, quod ego et mei sumus absoluti et liberati a prestatione et solucione dictorum quindecim solidorum annualium et rendalium, presenti instrumento minime obstante ac etiam salvo et retento, videlicet, quod si forte pro tempore fieret obieccio sive contradiccio vobis vel vestris successoribus in dicto conventu recipiendi dictum censem per alias personas cuiuscumque existant condicionis que assererent et dicerent quod dictus conventus seu fratres et gardianus ipsius non sint capaces recipiendi sive non possint recipere tales vel similes redditus seu assignaciones, eo casu, ego, dictus Petrus de Burdillis et mei teneamur vobis et vestris successoribus in dicto vestro officio solvere et prestare dictas triginta llibras et eo tunc solutis vobis seu dictis successoribus vestris in dicto officio gardianie ipsis

triginta libris sumus versa vice liberati et absoluti ap(p)restatione dictorum quindecim solidorum annualium et rendalium. Et sic sub modis et formis ac concidionibus et retencionibus supradictis, constituo (...). Et ego, dictus Anthonius Amati gardianus qui supra consciens omnibus et singulis supradictis et recipiens dictam assignacionem et donacionem a vobis dicto venerabili Petro de Burdillis sub dictis modis et formis ac condicionibus et retencionibus supradictis, laudo hec et firmo et promit(t)o vobis, dicto venerabili Petro de Burdillis et vestris, per me et dictum conventum seu fraters ipsius et successores meos in dicto officio qui pro tempore erunt quod faciemus annuatim et perpetuo dicto termino, dictum aniversarium prout superius continetur et explicatur. Et pro predictis (...). Actum est hoc Gerunde undecima die mensis Ianuarii anno a nativitate Domini millesimo trecentesimo octuagesimo quarto.

Signum: Petri de Burdillis iurantis. Signum: fratris Anthonii Amati, gardiani conscientis predictorum, qui hec firmamus et laudamus. Testes huius rei sunt venerabilis Franciscus de Gornallo, filius venerabilis Francisci de Gornallo quondam civis et Petrus Olivela, mercator et Anthonius Buffii, scriptor comorans Gerunde.

Signum: Berengarius Capella, notarius publicus substitutus auctoritate regia a Iaspero de Campolongo publico civitatis et baiulie et vicarie Gerunde suarumque pertinentiarum notario, hec scribi feci et clausi. Et constat michi de suprascripto in vicesima secunda linea ubi scribitur *et extra* et in quadragesima linea ubi legitur *et donacionem* et in XL^a secunda linea ubi dicitur *erunt*.

LII

Venda: Guillem Turon i altres veïns de Sant Dalmai, terme del Castell de Brunyola, venen a Margarida, vídua de Guillem Padró, un censal de 50 sous de Barcelona de tern i lliure d'impostos i en franc alou.

AHPF, pergamí original (65×56 cm) 24 d'agost, 1385.

Noverint universi quod nos Guillermus Toron, Oliverius Ca Costa, Petrus Canyeti, Petrus Sagrera, Petrus Capella, Bernardus Ferrarrii, Petrus Olivera, Geraldus Cenarich, Petrus Russinyolli, Franciscus Neti, Franciscus Taltahuy, minor dierum et Petrus Moragues, omnes parochie de Sancto Dalmatio, termini castri de Bruneola, per nos et omnes heredes et successores nostros, utilitate nostra super hiis cognita et inspecta, vendimus et titulo pure et perfecte venditionis concedimus vobis, domine Margarite, uxori Guillelmi Padron quondam blanquerii Gerunde, et vestris et quibus volueritis perpetuo pro puro, libero et francho alodio in nuda tamen perceptione, scilicet, sine terciis, laudimiis et foriscapiis et alio dominio quinquaginta solidos Barchinone de terno annuales, censuales, rendales et perpetuales. Quos vos et vestri et quos volueritis

bilia, privilegiata et non privilegiata, quecumque sint et ubicumque existant prout vos vel vestri hoc duxeritis aut duxerint requirendum. Et captis pigneribus pro predictis in continenti sine aliquo temporis spatio et intervallo ipsa pignera vendantur et vendi possint et habeant plus offerebenti seu offerentibus taliter quod in continenti et de presenti ex pretiis ipsorum pignerum habeatis vos et vestri et quos volueritis solutionem cessatam seu solutiones cessatas ex dicto censuali et omnes missiones et expensas, dampna et interesse quas et que vos vel vestri, in iuditio vel extra feceritis et sustinueritis pro premissis vel eorum occasione et hec fiant et fieri habeant pacto expresse inter nos et vos inhibito perpetuo habeatis et percipiatis de et super omnibus et singulis bonis nostris et cuiuslibet nostrum in solidum, mobilibus et immobilibus, privilegiatis et non privilegiatis, presentibus et futuris ac super omnibus et singulis iuribus et actionibus nostris, nobis et cuiuslibet nostrum ubique pertinentibus et pertinere debentibus quoquomodo per hos terminos, videlicet, medietatem eorum huic ad medium annum proxime venientem et aliam medietatem huic ad unnum proxime venientem; et sic postea successive quolibet anno perpetuo terminis et solutionibus antedictis, allatos et positos nostris et nostrorum propriis sumptibus et expensis in hospitio habitationis vestre et vestrorum et quorum volueritis in civitate Gerunde et in vestri et procuratoris vestri absentia seu defectu evidenti, depositos in aliqua tabula campsorie Gerunde assecuata vobis et vestrts et quibus volueritis tradendos et delliiberandos pure, libere et absolute et absque aliqua compensatione et retentione ac impedimento quoquamque, nisi tamen quod faciat apocham de recepto. Ad quosquidem quinquaginta solidos annuales et censuales vobis et vestrts et quibus volueritis solvendos et prestandos annuatim perpetuo terminis et solutionibus antedictis ut est dictum, omnia et singula bona nostra et cuiuslibet nostrum in solidum mobilia et immobilia, privilegiata et non privilegiata; privilegiata, inquam, ut puta, vestes, pannos, lectorum utensilia domus et coquine, arma, arnesia, animalia aratoria et non aratoria et alia quecumque bona tam privilegiata quam non privilegiata ubique sint ac omnia iura et actiones nostras nobis et cuiilibet nostrum in solidum ubique pertinentes et pertinere debentes ac pertinentia et pertinere debentia quoquomodo vobis et vestrts et quibus volueritis obligamus, (...) quam venditionem dictorum quinquaginta solidorum annualium et censualium vobis et vestrts et quibus volueritis exsolvendorum et prestandorum annuatim perpetuo terminis et solutionibus antedictis vobis et vestrts et quibus volueritis perpetuo facimus pro puro, libero et francho aladio, ut est dictum, pretio, videlicet, triginta quinque libre Barchinonensium de terno (...) Et si plus (...) constituenter (...). Et sic per nos et nostros quisque nostrum in solidum renunciantes ut infra promittimus vobisque predictos quinquaginta solidos annuales et censuales vobis et vestrts et quibus volueritis exsolvemus et trademus seu exsolvi et tradi faciemus annuatim perpetuo terminis et solutionibus antedictis. Et postquam faciemus vos et vestros et quos volueritis perpetuo pro libero et francho alo-

dio habere, tenere, percipere ac etiam possidere in pace et secure contra cunctas personas. Et vobis et vestris inde firmiter teneri promittimus de evictione (...). Nos enim (...). Et pro predictis (...), volentes nichilominus et expresse concedentes vobis dicte emptrici et vestris in hiis successoribus et ius seu causam a vobis in hiis habentibus, pacto convento, quod si forte vobis vel eis cessatum fuerit in solutionibus dicti censualis seu in aliqua earundem in toto vel in parte, incontinenti solutione aliqua cessata vel postea quandocumque volueritis aliqua iuris solemnitate minime spectata, nec querimonia nec retroqueremonia facta, nec alia super hoc servato sub aliquo curie fiat executio contra nos et quemlibet nostrum et bona nostra et cuiuslibet nostrum in solidum mobilia et immo- et convento totiens quotiens in solutionibus dicti censualis seu in aliqua earundem vobis vel vestris cessatum fuerit quoquomodo et non possimus nos vel nostri dicere, ponere vel allegare in iuditio vel extra quod curritor publicus seu curia deberet pignera certo tempore capta tenere antequam subastarentur vel antequam venderentur nec quod dicta pignera deberent tali vel tam modico pretio vendi nec alias alias exceptiones, defensiones vel difugia opponere in iuditio vel extra, de iure vel de facto, directe vel indirecte, seu alias quoquomodo quin predicta executio fieret per modum superius pretaxatum, nec possimus etiam petere vel allegare nobis concedi, tradi ac dari spatium quadrimestris temporis quod datur condempnatis in personali actione, nec spatium sex mensium quod datur pro bonis sedentibus seu inmobilibus distrahendis, nec spatium quinquennale quod tatur maiori parte creditorum volente et consentiente, nec spatium decem, viginti aut viginti sex dierum, qui dantur post querimoniam factam nec spatium decem dieru, quibus cur(r)itor seu curia debet pignera rapta tenere antequam subastentur nec spatium aliorum decem dierum quibus curritor debet ipsa pignera publice subastere antequam vendantur nec aliquod aliud spatium vel dilationem propter quam seu quod dicta executio posset in aliquo impediri seu etiam retardari. Quoniam nos nunc pro tunc et tunc, pro nunc omnibus predictis spatiis, dilationibus, temporibus, et omnibus et singulis feriis, induitiis et omnibus aliis exceptionibus et defensionibus et aliis a iure vel consuetudine qualitercumque introductis et introducendis propter quas seu que predicta executio impediri vel retardari valeret de iure vel de facto, directe vel indirecte, aut alias quoquomodo quo ad bona et iura nostra privilegiata et non privilegiata, presentia et futura et privilegia ipsorum bonorum scienter et ex certa scientia penitus renunciamus de presenti pacto super hoc inter nos et vos inhiito et convento. Quam generalem renunciacionem tantum valere volumus ac etiam operari in hac parte quantum si specialiter et nominatim cuicunque iuri, legi, usui, rationi et consuetudini ac stilo et aliis contra predicta facienti seu facientibus quoquomodo esset per nos specialiter et expresse renunciatum. Preterea nos omnes predicti ad maiorem securitatem predictorum promittimus et convenimus bona fide, firma validaque stipulatione vobis dicte emptrici et vestris in hiis successoribus sub pena quinque solidorum Barchinonensium de terno

quam nobis et cuilibet nostrum in solidum ex certa scientia imponimus cum hoc presenti publico instrumento quasi et quotienscumque vobis vel vestris in hiis successoribus cessatum fuerit in aliqua seu aliquibus solutione seu solutionibus dicti censualis in toto vel in parte incontinenti nos et quilibet nostrum in solidum ad monitionem decem dierum per vos dictam empthicem vel vestros in hiis successores seu ex parte vestri vel vestrorum nobis factam verbo, nuntio vel littera in propriis personis aut in hospitiis vel habitationibus nostris, intrabimus civitatem Gerunde et ibi tenebimus vobis et vestris hostagia pro predictis personaliter, continue et patenter hec et prout hostagia sunt in ibi teneri assueta sic quod inde non exiemus nostris propriis pedibus vel alienis aut aliquo alio ingenio, arte vel modo sine vestri vel vestrorum licentia et voluntate donec vobis vel vestris satisfactum fuerit plenarie in unaquaque solutione cessata ex dicto censuali et in omnibus missionibus et expensis, dampnis et interesse quas et que vos vel vestri feceritis et sustinueritis qualitercumque pro predictis vel eorum occasione et etiam in penis supra et infra contentis et ad(d)ictis quam penam quinque solidorum amittat quilibet nostrum in solidum quam dicta hostagia intrare et tenere cessabit et hoc pro qualibet die qua hostagia tenere cessaverit supradicta, que pena quoad medietatem curie regie Gerunde et quoad aliam medietatem vobis dicte empthicci, et vestris in hiis successoribus vel causam seu ius a vobis in hiis habentibus, quotiens et singulis diebus quibus contrafactum fuerit applicetur ac etiam adquiratur. Ad quam penam quinque solidorum obligamus nos et quemlibet nostrum et bona nostra et cuiuslibet nostrum in solidum mobilia et inmobilia, privilegiata et non privilegiata, presentia et futura, ubique vobis dicte empthicci et vestris in hiis successoribus et dicte curie regie Gerunde et hoc in posse notarii infrascripti tanquam publice persone ut infra stipulantis et recipientis, volentes quod de dictis missionibus, dampnis et interesse ac penis predictis credatur vobis dicte empthicci et vestris in hiis successoribus proprio iuramento absque alia probatione quod iuramentum nunc ut extunc et extunc ut extunc vobis et vestris in hiis successoribus deferimus et pro delato vobis et vestris volumus etiam id haberis ac si in iuditio vobis et eis delatum esset per iudicem competentem. Et soluta dicta pena vel non soluta semel vel pluries et nobis tenantibus dicta hostagia vel non tenantibus, nichilominus fiat executio contra nos et bona nostra et cuiuslibet nostrum in solidum usque ad complementum ac plenam et integrum satisfactionem omnium premissorum et infrascriptorum et omnia et singula supradicta et infrascripta remaneant in sua plenissima firmitate; promittimus etiam vobis dicte empthicci et vestris sub dicta pena et virtute iuramenti per nos inferius prestandi. Quod si forte vos vel vestri in hiis successores prorogaveritis aut prorogaverint nos aut aliquem nostrum semel vel pluries a dictis hostagiis tenendis in continentis lapso termino talis elongamenti nos et quilibet nostrum sine aliqua monitione et requisitione et sine aliqua iuramenti prestatione et refirmatione, redibimus et redibit ad dictam hostagia(m) et ea tenebimus et tenebit iuxta

modum superius denotatum et hoc tantum et tamdiu donec vobis vel vestris satisfactum fuerit plenarie in una quaque solutione cessata ex dicto censuali et in omnibus missionibus, dampnis et interesse ac penis predictis et infrascriptis, promittimus etiam et convenimus vobis dicte emptrici et vestris et hoc sub pena quinquaginta solidorum dicte monete a nobis et ab heredibus seu successoribus nostris et a quolibet nostrum et ipsorum in solidum vice qualibet qua in subscriptis contrafactum fuerit exigenda et dicte curie regie Gerunde quo ad medietatem et vobis dicte emptrici et vestris in hiis successoribus; quo ad aliam medietatem penitus adquirenda quod nos vel nostri heredes aut successores non firmabimus nec firmabunt vobis vel vestris in hiis successoribus ius pro predictis vel eorum occasione nec proinde causabimur vel causabuntur nec lit(t)em intrabimus vel intrabunt nec ferias nec industias petemus vel allegabimus nec petent vel allegabunt nec aliquam exceptionem, compensationem, dif(f)ugium, malitiam, vel aliquam aliam causam opponemus vel opponent propter quam seu quas possemus seu possent solutionem seu solutiones dicti censualis vel alia supradicta dif(f)erre seu etiam dilatare nec impetrabimus vel obtinebimus nec impetrabunt vel obtinebut aliquam gratiam, privilegium, elongamentum vel impedimentum, promisiones aut *guidança* ab illustrissimo domino rege vel ab illustrissima domina regina aut ab inclito domino duce Gerunde eorumque infantibus seu procuratoribus nec ab aliqua alia persona humili vel excelsa cuiuscumque status, gradus aut conditionis existant potestatem habente vel habitura talia concedendi in preiudicium vel retardationem dicti censualis nec solutionem eiusdem vel alicuius ipsarum aut vestri dicte emptricis vel vestrorum quo ad predicta vel infrascripta vel aliquod eorundem immo omni firme inter et pro firmam(i)ento eiusdem lit(t)i intrande et cause ducende et oblationi libelli et receptioni eiusdem et omnibus feriis et industiis exceptionibus et defentionibus a iure vel consuetudine qualitercumque introductis et introducendis, obtentis et obtainendis tam factis quam fiedis, tam in generali quam in speciali et aliis omnibus et singulis supradictis et aliis quibus contra predicta vel aliquod eorundem venire possemus penitus et ex certa scientia renuntiamus, quibus non uti promittimus ullomodo sub dicta pena quinquaginta solidorum vice qualibet qua contrafactum fuerit per modum predictum exigenda et adquirenda que partes dictarum penarum vobis vel vestris non cedant vel pervenant insolutum vel satisfactionem aliquam predictorum sed ex pacto sic in presenti venditione convento et acto inter nos et vos sint vestri et vestrorum in hiis successorum pro eo ut melius sit tantum et securum vobis et vestris in hiis successoribus super presenti venditione et aliis predictis et infrascriptis. Item: volumus et concedimus vobis dicte emptrici et vestris quod non possit per nos vel nostros allegari in iudicio vel extra que aliqua solutio sit vel fuerit vob(is) vel vestris de predictis vel aliquo predictorum facta nisi eam incontinenti probaremus aut probarent per publicum instrumentum factum per notarium publicum regium atque notum. Et si forte per nos vel nostros allegaretur aliqua

solutio vobis vel vestris de predictis fuisse facta et incontinenti non hostenderetur per publicum instrumentum, ut est dictum, volumus quod inde non audiamur, immo omnis audience iudicis et curie cuiuscumque nobis et nostris super hiis penitus subtollatur pacto super hoc inter nos et vos inhito et convento. Et super predictis omnibus et singulis renunciamus foro nostro et quantum ad hec submittimus nos et bona nostra foro interdictioni, districtui et compulsioni curie vicarii Gerunde. Renunciamus etiam super hiis scienter legi dicenti quod actor sequi habeat forum rei et omni alii iuri obvianti reputantes nos et nostros pro convictis in omnibus et singulis supradictis ac etiam condempnatis ac si per lineam iudicis competentis a qua non possemus nec possent propter lapsum temporis appellare, essemus in eisdem omnibus et singulis legitime condempnati. Et ut predicta omnia et singula maiori robore fulciantur promittimus vobis et notario infrascripto tanquam publice persone predicta omnia et singula ac etiam infrascripta a nobis legitime stipulanti et recipienti nomine vestri dicte emptrici et vestrorum in hiis successorum ac aliorum omnium quorum intersit et intererit ac poterit interesse ac etiam sponte iuramus per Deum et eius Sancta quatuor Evangelia a nobis corporaliter tacta predictam venditionem et omnia alia et singula supradicta rata, grata et firma semper habere, tenere et servare eaque attendere et completere et nullatenus contrafacere vel venire iure aliquo sine causa. Preterea nos omnes predicti vendidores ad maiorem et uberiorem cautelam per dictam emptricem et suos habendam de predictis gratis et ex certa scientia constituimus, facimus et ordinamus procuratorem nostrum certum et specialem vos, dictus Guillermus Toron, ad comparendum pro nobis et nomine nostro et cuiuslibet nostrum in curia regia Gerunde. Et ad confitendum et quantumque confessionem pro nobis et nomine nostro et cuiuslibet nostrum dicte emptrici et suis faciendum de predicto censuali et alias in et de predictis et circa predicta ut melius, firmius et utilius ad utilitatem et comodum dicte emptricis et suorum fieri poterit et prout vobis videbitur faciendum et etiam ad promittendum pro nobis et nomine nostro et nos et quemlibet nostrum in solidum obligandum sub pena tercii curie regie Gerunde adquirendi pro qualibet solutione fallita post tamen requisitonem decem dierum quod nos omnia et singula supradicta que per nos confitebuntur et promittentur, attendemus et complebimus ac etiam observabimus, et etiam ad renunciandum pro nobis et nomine nostro foro nostro et ad submittendum nos et bona nostra quantum ad hoc foro interdictioni, compulsioni et districtui curie vicarii Gerunde. Et in ipsam curiam et officiales eiusdem consentiendum et eorum iurisdictionem in nos et bona nostra prorogandum et personas vestras ac bona et iura vestra et cuiuslibet vestrum in solidum mobilia et inmobilia, privilegiata et non privilegiata, presentia et futura ubique pro predictis omnibus et singulis prout vobis videbitur obligandum et hoc cum illis renunciationibus, modis, pactis, firmitatibus et cautelis quibus et prout vobis visum fuerit expedire et prout melius et firmius ad utilitatem et comodum dicte emptricis et suo-

rum dictari poterit ac etiam ordinari. Et quodcumque iuramentum in animas nostras et cuiuslibet nostrum super predictis prestandum de attendis et complendis omnibus et singulis supradictis que per vos super predictis confitebuntur ac etiam promittentur. Et super predictis omnibus et singulis beneficio dividende actionis et nove constitutionis et omni alii iuri in contrarium venienti pro nobis et nomine nostro renuncian-
dum. Et de et pro premissis quantumque obligationem curie seu scrip-
turam tertii pro nobis et nomine nostro fatiendum (sic) et firmandum
cum cursibus, clausulis, renunciationibus et cautelis necessariis et opportu-
nis et prout vobis placuerit et videbitur faciendum et omnia alia et
singula in premissis et circa premissa libere faciendum et exercendum que-
cumque in eisdem invenerint facienda et que nos in eisdem facere pos-
semus si presentes essemus etiam si talia essent que de iure vel de facto
aut alias mandatum exhigant speciale. Nos enim comittimus vobis super
predictis omnibus et singulis et def(p)pendentibus ex eisdem seu ea tan-
gentibus quoquomodo plenarie vices nostras cum generali ac libera admi-
nistratione promittentes vobis et notario infrascripto tanquam persone
predicta omnia et singula ac etiam infrascripta a nobis legit(t)ime stipu-
lanti et recipienti nomine omnium quorum intersit et intererit. Ac etiam
sponte iuramus per Deum et eius Sancta quatuor Evangelia a nobis cor-
poraliter tacta nos ratum, gratum et firmum semper habere quitquid per
vos dictum procuratorem nostrum in predictis et cura predicta actum ges-
tum fuerit seu etiam procuratum et nunquam revocatum aliqua ratione
sub bonorum nostrorum et cuiuslibet nostrum omnium ubique obliga-
tione. Actum est hoc Gerunde vicesima quarta die Augusti anno de nati-
vitate Domini millesimo trecentesimo octuagesimo quinto.

Signa: Guillermus Toron, Oliverii Sa Costa, Petri Canieti, Petri
Sagrera, Petri Capella, Bernardi Ferrarrii. Signa: Petri Olivera, Geraldi
Cenarich, Petri Russiniolli, Francisci Neti, Francisci Taltahui moniris die-
rum et Petri Moragues predictorum omnium qui hec firmamus, lauda-
mus et iuramus. Testes scilicet de firma dictorum Guillermi Toron et Petri
Sagrera sunt Raimundus de Aulina, scriptor, et Bartholomeus Roste,
sabaterius Gerunde. De firma dicti Petri Olivera qui predicta firmavit
et iuravit Gerunde die vicesima sexta dicti mensis Augosti sunt testes
Iacobus Veuda et Romeus de Sancta Eugenia. Et de firma vero dictorum
Petri Russiniolli, Francischi Neti, Francischi Taltahui et Petri Mora-
gues qui predicta firmarunt et iurarunt vicesima nona dicti mensis sunt
testes Romeus de Sancta Eugenia et Arnaldus de Busquetis, scriptores,
Gerunde et de firma dicti Petri Capella qui predicta firmavit et iuravit
die secunda Septembirs sunt testes proxime dicti. Et de firma autem dicti
Bernardi Ferrarrii qui predicta firmavit et iuravit die quinta dicti mensis
Septembirs sunt testes proxime dicti. Et etiam de firma dictorum Olive-
rii Ça Costa et Geraldi Sanarich qui predicta firmarunt et iurarunt
proxime dicta die sunt testes proxime dicti. Et etiam firmavit et iuravit
predicta dictus Petrus Canieti proxime dicta die presentibus proxime dictis
testibus.

Ego, Anthonus Serra, notarius publicus, auctoritate regia substitutus ab herede Iacobi de Campolongo quondam publico civitatis baiulie et vicarie Gerunde suarumque pertinenciarum notario tenens notas et prothocolla discreti Francisci de Cantalupis quondam notarii publici, simili auctoritate substituti a Iasperto de Campolongo quondam publico civitatis et pertinenciarum predictarum notario hoc instrumentum inventum, firmatum et laudatum sub dictis calendariis inter notulas et prothocolla dicti quondam notarii in hanc publicam formam requisitus redigens scripsi et clausi cum supraposito in linea LVI ubi dicitur *vel fuerit.*

Amb escriptura d'apoca.

LIII

Bernat Miquel, fill i hereu de Bernat Miquel, antic secretari del rei, dona a fra Francesc Rostei, guardià dels franciscans, un censal anual de 350 sous de Barcelona de tern venut pel seu procurador, Guillem Bernat Beuda, en franc alou, juntament amb una provisió per a la seva reducció.

AHPF, pergamí original (54.5×49 cm) 19 febrer, 1386.

Noverint universi quod ego, Bernardus Michaelis filius et heres Bernardi Michaelis quondam secretarii domini regis, gratis et ex certa sciencia per me et omnes heredes et successores meos, et de consensu et voluntate domine Catherine, matris mee et venerabilis Guillelmi de Riaria, domini de Vulpiliacho, manumissores et executores ultimi testamenti dicti quondam patris mei presencium et cons(enci)encium, in solutum et pro satisfactione septem mille solidorum illorum decem mille solidorum monete Barchinonensem de terno quos dictus quondam pater meus legavit in suo ultimo testamento conventui fratrum minorum Gerunde, assigno et dono vobis venerabili et religioso fratri Francischo Rostoi, guardiano conventus dicti monasterii presenti, et dicto conventui licet absenti, et vestris successoribus in dicto monasterio, perpetuo totum illud censuale trescentorum quinquaginta solidos monete Barchinonensem de terno annualium, rendalium et censualium quod Guillelmus Bernardi Beuda civis Gerunde, tanquam procurator, sindicus et actor universitatis civitatis Gerunde michi et meis et quibus voluero perpetuo vendidit pro libero et franco alodio in nuda percepcione, scilicet, sine terciis, laudiis et foriscapiis et alio dominio; mediante tamen gracie instrumento cum publico instrumento confecto Gerunde decima nona die Februarii anno presenti in posse notarii infrascripti, ut in eodem instrumento quod vobis tradi volo et mando per ipsum notarium penes quem adhuc existit, laciis continetur. Ita quod, vos, dictus gardianus et vestri successores in dicto monasterio fratrum minorum Gerunde, nomine conventus dicti

monasterii, habeatis, colligatis et recipiatis et habeant, colligant et reci-
piant dictum censuale trecentorum quinquaginta solidorum annuatim ter-
minis in dicto vendicionis instrumento statutis. Quoniam ego ratione
huiusmodi assignacionis, cedo et dono vobis et vestris successoribus in
dicto conventu et dicto conventui perpetuo in die dicto censuali, scili-
cet, tam in proprietate quam in pensionibus et in instrumento dicti cen-
sual(is et) in omnibus obligacionibus, securitatibus et cautelis in dicto
instrumento contentis et nominatis et michi pertinentibus et pertinere
debentibus ratione censualis preffati ad usus et contra universitatem civi-
tatis Gerunde (et partic)ulares eiusdem et omnes alias in dicto censuali
obligatos qui ad eius solucionem et prestacionem teneantur et de cetero
tenebuntur omnia iura et loca mea omnesque voces, vices, rationes et
acciones reales et persona(les) et alias quascumque michi ibi et inde per-
tinentes et pertinere debentes quoquomodo, quibus iuribus et accionibus
et ex causa huiusmodi assignacionis et cessionis possitis vos, dictus
gardianus e(t) possint vestri successores in (dicto c)onventu et conventus
predictus uti, agere et experiri, in iudicio et extra iudicium, convenire
et reconvenire universitatem civitatis Gerunde et singulares eiusdem et omnes
alias in dicto censuali obligatos et qui ad eius solu(cionem) et presta-
cionem teneantur et de cetero tenebuntur; et predictum censuale annua-
tim suis terminis petere, exigere, consequi et habere; et inde fines
absoluciones et apochas facere que tantum valeant ac si per me
perso(naliter) essent facte. Et omnia alia inde libere facere et exercere
in iudicio et extra iudicium eciam et ubique, quecumque et quemadmo-
dum ego inde facere poteram ante presentem cessionem et possem etiam
(facere) postea quantumque. Quoniam ego constituo et facio vos dictum
gardianum et vestros successores in dicto conventu et dictum con-
ventum perpetuo in predictis veros dominos et procuratores ut in rem
propriam conventus (pr)edicti; et volo et mando tenore huiusmodi ins-
trumenti gerente vicem; et plene in hac parte dicte universitati civitatis
Gerunde et singularibus eiusdem et aliis omnibus et singulis in dicto cen-
suali obligatis et qui ad eius solucionem et prestacionem teneantur et
tenebuntur quatenus de predicto censuali vobis et vestris successoribus
in dicto conventu et eidem conventui perpetuo rependeant et satisfaciant;
maliciis et diffugiis (ext)antibus quibuscumque. Predictam tamen cesso-
nem facio ad vestri et dicti conventus periculum et fortunam, sic quod
de evicione predictorumque septem mille solidos restituzione nec aliquo
dampno nec interesse predictorum vobis seu dicto conventui non tenear
ullomodo. Preterea, quia dictus conventus, ratione dicti legati decem mille
solidorum predictorum, tenetur et debet missas celebrare et certum ser-
vicium perpetuo facere in dicto monasterio pro anima dicti quondam
patris mei prout in dicto testamento continetur, propterea fuit actum et
conventum inter me dictum Bernardum Michaelis et dictos manumisso-
res dicti quondam patris mei ex una parte, et vos dictum guardianum
et dictum conventum ex altera, quod casu quo dicta universitas civitatis
Gerunde luat seu redimat dictum censuale precium ipsius censualis quod

est septem mille solidos mit(t)atur et convertatur et mit(t)i et converti habeat in empacione perpetuali facienda de alio censuali seu aliis redditibus ad opus dicti conventus cum instrumento gratie perpetue in loco tuto, idoneo et seguro ad cognitionem guardinai dicti conventus et officialis domini Episcopi Gerundensis et manumissorum dicti quondam patris mei si vixerint et si non vixerint, duorum amicorum proximiorum dicte domine matris mee, et quod casu dicte luicionis ego, nec mei heredes vel successores, nec vos dictus gardianus, nec vestri successores in dicto conventu, nec dictus conventus non recipiamus, recipient vel recipiat nec recipere possimus, possint vel possit dictus conventus precium ipsius censualis; immo deponatur et dep(pon)i habeat pacto convento in tabula assecurata vel alio loco tuto infra civitatem Gerunde et ibi stet tantum et tamdiu donec missum fuerit et conversum in alia empacione perpetuali facienda instrumento gratie perpetue mediante de alio censuali vel aliis redditibus ad opus dicti conventus et in loco tuto, idoneo et seguro ad cognitionem gardiani, officialis et manumissorum predictorum, ut est dictum. Et quod dicto precio stante in dicta tabula vel alibi servicum anime dicti defuncti non desfinat sive cessetur fieri, immo dictus conventus faciat interea et facere teneatur complete ipsum servicum, et supportet et supportare teneatur omnia onera dicti legati et complementum in omnibus et per omnia faciat anime dicti quondam patris mei sine aliqua satisfaccione quam petere vel exigere nequeat ullomodo ac si integreret colligeret et reciperet annuatim omnes redditus et proventus dicti precii. Et nullam pro dicto servicio faciendo possit dictus conventus ullo unquam tempore contra me vel meos facere questionem, pacto super hoc inter me et vos dictum gardianum de consensu dicti conventus et manumissorum predictorum inhibito et convento. Quare retineo michi super predictas, et predictas assignacionem et donacionem dicto conventui facio sub tali pacto, condicione et retencione quod, si dictum censuale luetur seu redimetur, dictus conventus non recipiat nec recipere possit dicti precium; immo ponatur et poni habeat in tabula assecurata vel in alio loco tuto infra civitatem Gerunde sub tali condicione quod ibi stet donec missum et conversum in alia empacione facienda de alio censuali vel aliis redditibus ad opus dicti conventus in alio loco tuto, idoneo et seguro ad cognitionem predictorum ut superius declaratur. Et dicto precio per dictam universitatem soluto et deposito in tabula assecurata vel alio loco tuto, ut est dictum, et satisfacto dicto conventui in et de omnibus solucionibus preteritis et cessatis dicti censualis et etiam de solucione que tunc primo fienda esset pro rata temporis computando, tali casu, dictus conventus tenatur et habeat reddere et restituere dicte civitati seu venerabilibus iuratis eiusdem instrumentum vendicionis dicti censualis et de toto ipso censuali eidem civitati et singularibus eiusdem finem et diffinicionem facere generalme prout in instrumento gratie per me eidem civitati facte de luendo et redimendo quancumque voluerit censuale predictum laciis continetur. Et sic sub retencione predicta promit(t)o et etiam sponte iuro in manu et posse notarii infrascripti tanquam publice

personae predictae omnia et singula ac etiam infrascripta a me nomine dicti conventus absentis et aliorum omnium quorum interest et intererit et interesse potest et poterit legitime stipulantis et recipientis per Dominum Deum et eius Sancta quatuor Evangelia a me corporaliter tacta predictas assignacionem, donacionem et cessionem et alia omnia et singula supradicta rata, grata et firma semper habere, tenere et servare et nullatenus contrafacere vel venire ratione minoris etatis nec aliqua alia ratione iure vel modo, immo renuncio scienter super predictis virtute dicti iuramenti iuri minoris etatis et beneficio restitucionis in integrum ac omni alii iuri, rationi et consuetudini contra predicta in aliquo repugnantibus. Et nos, Catherina uxor dicti Bernardi Michaelis quondam et Guillelmus de Riaria dominus de Vulpiliacho, manumissores et executores ultimi testamenti dicti Bernardi Michaelis quondam, consencientes predictis laudamus hec et firmamus in manu et posse notarii infrascripti, tanquam publice persone nomine dicti conventus absentis et aliorum omnium quorum interest et intererit legitime stipulantis et recipientis. Et ego, dictus frater Francischus Rostoi gardianus dicti conventus, consciens predictis, laudo hec et firmo que fuerunt acta et a dictis Bernardo Michaeli filio et herede dicti Bernardi Michaelis quondam et dicta Catherina uxore dicti Bernardi Michaelis quondam et Guillelmo de Riaria, manumissoriis predictis et dicto gardiano firmata et laudata et etiam a dicto Bernardo Michaelis iurata Gerunde, die Lune, decima nona die Februarii, anno a nativitate Domini millesimo trecentesimo octuagesimo sexto, presentibus testibus Francischo Laurencio calcinero, Francischo Cippriani et Narciso Caules, habitatoribus Gerunde. Postmodum vero die Mercurii, terciadecima die mensis Iunii, anno predicto conventus dicti monasterii fratrum minorum Gerunde scilicet dictus gardianus et alii fratres inferiorius nominati, videlicet, frater Guillelmus de Camonibus, frater Bernardus de Villanova, frater Petrus de Gornallo, frater Michael Pecululli, lector domus, frater Bernardus Alfonsi bacallarius, frater Guillelmus Bernardi, frater Augustinus de Plano, frater Petrus Alfonsi, frater Guillelmus Taynhani, frater Guillelmus Raimundi, frater Francischus de Alta Riba, frater Francischus Paschasi, frater Francischus Vives et frater Iohannes Fontis, omnes conventuales dicti monasterii constituti, convocati et congregati pro conventu ad sonum campane more solito in capitulo ipsius et monasterii et ibidem pro huiusmodi actu(i)conventuantes et conventum facientes predictis omnibus et singulis consenserunt et ea omnia et singula firmarunt, laudarunt et etiam approbarunt in manu et posse mei Guillelmi Lobeti, notarii infrascripti, tanquam publice persone nomine omnium quorum interest et intererit legitime stipulantis et recipientis presentibus et ad hec vocatis testibus discreto Berengario Gerald, clero sedis Gerunde, et Francischo Veciati de Mediniano, cocho dicti monasterii.

Ego, Guillelmus Lobeti, notarius publicus substitutus auctoritate regia a Iasperto de Campolongo publico civitatis baiulie et vicarie Gerunde, suarumque pertinentiarum notarius, predictis una cum testibus prenomi-

natis interfui et hec scribi feci et clausi cum raso et emendato in XIII^a linea ubi dicitur *et* et in XXI^a linea ubi dicitur *perpetuo* et alibi in ipsa eadem linea ubi dicitur *mei* prout et in XLIII^a linea ubi dicitur *Michaelis quondam* et in XLVI^a linea ubi dicitur *Catherina*.

LIV

Testament: Clàusula del testament de Ros de Pineda, de la parròquia de Pineda, a la diòcesi de Girona; llega 50 lliures de Barcelona de tern perquè els franciscans celebren aniversaris a la seva església.

AHPF, pergamí original (20×53 cm), 23 d'octubre, 1386.

Hoc est translatum sumptum fideliter a quadam clausula aponita (sic) et contenta in originali testamento venerabilis Russi de Pineta quondam domicelli, domiciliatu infra parochiam Sancti Petri de Pineta diocesis Gerundensis quod cum prohemio institutione heredis universalis et clausula finali factum est in domo de Pineta die vicesima tertia mensis Octobris anno a nativitate Domini millesimo trecentesimo octuagesimo sexto et clauso auctoritate notarii infrascripti cuius quidem clausule tenor talis est: —Item: volo et mando atque dimitto quinquaginta libras monete predicte de quibus ematur in continenti post mortem meam per dictos meos manumissores vel alterum eorum cum dicto discreto (fratri) Raimundo de Columbariis et ipse sine aliis unum anniversarium in loco congruo et tuto pro anima mea, parentum meorum et omnium fidelium defunctorum, quod anniversarium fiat quolibet anno in monasterio fratum minorum Gerunde prout dicti mei manumissores vel aliquis eorum cum dicto discreto fratri Raimundo de Columbariis voluerint seu noluerint ordinare et fratres dicti monasterii teneantur et habeant celebrare missas quolibet anno perpetuo tali die vel sub kalendario illius diei qua ego migravero ab hoc seculo et etiam teneantur et habeant facere absolucionem coram altare maiori dicti monasterii quolibet anniversario. Item: dimitto sedis (sic) Gerunde decem libras dicte monete et cetera.

Signum: venerabilis Iacobi Simonis iurisperiti iudicisque totius vicecomitatus Capprerie et ville termini castri de Blanis pro nobili viro et potenti Domino Bernardo de Cappreria, qui huic t(r)anslato a suo originali fideliter sumpto et cum eodem veridice comprobato, non vitiato, nec in aliqua sui parte suspecto ex parte dicti nobilis domini et auctoritate officii quo fungimur auctoritatem impendimus et decretum ut eidem translato tanquam suo originali in iudicio et extra plena fides ab omnibus habeatur, apositum manu mei notarii infrascripti in cuius posse dictus venerabilis iudex hanc firmam fecit, die septima mensis Augusti anno a nativitate Domini millesimo quadringentesimo quarto, presentibus testibus venerabilibus Petro Molleti et Iohanne presbiteri ville de Blanis et cetera.

Ego, Iacobus de Podio, notarius publicus ville et termini Castri de Blanis, auctoritate nobilis viri, Domini Bernardi de Cap(p)reria hoc translatum, sumptum fideliter a predicto suo originali non viciato, non cancellato, nec in aliqua sui parte suspecto set omni vicio et suspicione carente et cum eodem, de verbo ad verbum diligenter comprobatum scripsi et postea auctoritatum (sic) per dictum venerabilem iudicem, clausi duodecima Augusti anno a nativitate Domini M^oCCCC^o quarto.

LV

Testament: Clàusula del testament de Bernat de Vic de Girona, que llega 100 sous de Barcelona de tern anuals als franciscans a fi de dotar aniversaris.

AHPF, pergamí original (38.5×39.5 cm), 15 de juliol, 1388.

Hoc est translatum fideliter sumptum Gerunde quintadecima die mensis Iulii anno a nativitate Domini millesimo trecentesimo octuagesimo octavo, auctoritate et decreto venerabilis Guillelmi Domenge, legum doctoris, iudicis ordinarii Gerunde in hiis intervenientibus, a quadam clausula posita et contenta in quodam publico testamento, facto et condito per venerabilem Bernardum de Vicho quondam civem Gerunde, continentem legatum per dictum defunctum factum conventui domus fratrum minorum Gerunde pro certis anniversariis per eum ibidem institutis. Quod testamentum fuit per dictum quondam Bernardum de Vicho conditum et factum die septima mensis presentis Iulii anno predicto, et clausum per Petrum Pinos notarium infrascriptum. In quo quidem testamento dictus defunctus instituit heredem suum universalem, venerabilem Martinum de Vicho, filium suum et suos ad suas voluntates facientes, suntque in eodem testamento clausula finalis et septem testes et ultra vocati et rogati prout in ipso publico testamento latius continetur, quodquidem testamentum sic incipit: In nomine Domini nostri Ihesu Christi, qui solita pietate neminem vult perire sed omnes in se sperantes salvat et custodit et ad perobtata (sic) gaudia paradisi feliciter perducit. Ego, Bernardus de Vicho, civis Gerunde gravi detentus infirmitate de qua mori morte timeo corporali, in meo tamen bono sensu plenaque memoria et loquela persistens, meum condo, facio et ordino testamentum in quo meos pono et eligo manumissores et huius mei testamenti executores, scilicet, Martinum de Vicho filium meum et venerabilem Petrum de Burdillis, civem Gerunde, generum meum, quibus manumissoribus meis insimul et dicto filio meo in solidum dono et confero plenum posse petendi, exigendi et recipiendi omnia et singula bona et iura mea et cetera. Tenor vero dicte clausule in dicto testamento apposite talis est: Item dimitto conventui domus fratrum minorum Gerunde pro anniversariis subscriptis

fiendis et celebrandis quolibet anno perpetuo in ecclesia dicte domus fratrum minorum pro anima mea et pro animabus parentum meorem et omnium fidelium defunctorum centum solidos monete Barchinonensium de terno annuales, rendales, censuales et perpetuales, ex illo videlicet censuali ducentorum solidorum annualium et rendalium quod universitas civitatis Gerunde et singulares de eadem michi et meis prestant et faciunt annuatim inter duas anni soluciones, ita quod fratres dicti conventus seu gardianus ipsius conventus quolibet anno perpetuo colligant, habeant et percipient ipsos centum solidos annuales vigore presentis legati. Et ipsi fratres minores dicti conventus Gerunde teneantur quolibet anno perpetuo celebrare pro anima mea et pro animabus parentum meorum et omnium fidelium defunctorum quatuor anniversaria in ecclesia dicte domus, unum, videlicet, simili die qua ego obiero et postea de tribus in tribus mensibus aliud anniversarium sit quod quatuor vicibus in quolibet anno teneantur facere ipsum anniversarium et in quolibet anniversario teneantur celebrare missas et facere absolucionem supra tumulum meum, prout in similibus est fieri consuetum, et ipsa quatuor anniversaria teneantur quolibet anno perpetuo celebrare ut superius est dictum. Et nichilominus in primo anno quo ego obiero teneantur dicti fratres minores qualibet die Veneris totius ipsius anni facere absolutionem supra tumulum meum prout in aliis absolutionibus est fieri assuetum. Volo tamen et ordino et dispono quod dicti centum solidi annuales quos pro dictis anniversariis celebrandis dimitto non possint ullo unquam tempore per ipsos fratres vel per aliam quamcumque personam vendi, inpingernari vel modo aliquo alienari, sed perpetuo ipsi fratres dictos centum solidos colligant, habeant et recipient et de ipsis faciant et celebrent anniversaria supradicta ut superius continetur. Et si forte dictum censuale quandocumque lueretur seu redimeretur per universitatem dicte civitatis vigore instrumenti gratie per me eidem universitati facti tempore quo emi dictum censuale, quod eo casu pretium de dictis centum solidis annualibus et rendalibus habendum convertatur et converti habeat in similibus vel aliis redditibus ad cognitionem heredis mei universalis et gardiani pro tempore dicti conventus de quibus redditibus fiant et celebrentur anniversaria supradicta. Et ita fiat et fieri volo et iubeo de ipsis redditibus sive de pretio seu preciis eorum totiens quotiens ipsos redditus lui seu redimi contingat.

Ego, Guillelmus Domenga, legum doctor, iudex ordinarius Gerunde huic translato, cum suo originali de verbo ad verbum fideliter comprobato, auctoritatem meam iudicialem interpono pariter et decretum.

Ego, Petrus Pinos, notarius publicus, auctoritate regia substitutus a Iasperto de Campolongo, publico civitatis baiulie et vicarie Gerunde sua rumque pertinencium notario hoc translatum a suo originali fideliter sumptum et cum eodem de verbo ad verbum fideliter comprobatum et per dictum dominum iudicem autorizatum, ut supra patet, scribi feci et clausi cum raso et emendato in linea undecima ubi dicitur *morte*.

LVI

Testament: Clàusula testamentària; Arnau Rafart llega 500 mitges quarteres de bon blat sec i net al convent.

Resum: AHPF, Repertori... núm. 82.

LVII

Testament: Margarida, vídua de Pere Vendrell, de la parròquia de Vilablareix, demana en el seu testament que després de morir ella es faci un benefici a l'altar de Sant Martí a l'església de Vilablareix si encara no n'hi ha cap. Els predicadors, menorets i carmelitans rebran, repartits equitativament, els 400 sous de Barcelona de tern llegats.

AHPF, pergamí original (73×41 cm), 7 de setembre, 1389.

Noverint universi quod ego, Margarita que fui uxor Petri Vanrelli quondam parochie de Villablarexio, attendens quod dictus quondam maritus meus fecit michi donationem puram et irrevocabilem inter vivos post mortem suam dum ego caste viverem et sine viro de quibusdam bonis et iuribus suis, et inter alia de usufructu omnium et singulorum violariorum et censualium que habebat et recipiebat, in qua donatione voluit quod si durante dicto usufructu contingaret dicta violaria vel censualia seu aliquod seu aliqua ex eis lui seu redemi in totum vel in parte quod ego reciperem et recipere possem pretia seu proprietates violariorum et censualium ipsorum, et de ipsis pretiis sive proprietatibus possem meas facere voluntates, et hec sine contradicione et impedimento heredis sui, prout hec et alia in publico instrumento de dicta donatione confecto quod actum fuit Gerunde vicesima nona die Octobris anno a nativitate Domini millesimo trecentesimo sexagesimo septimo in posse Berengarii Capela, notarii Gerunde, latius continentur; attendens etiam quod pos-tea dictus quondam maritus meus ad mortem veniens suum condidit testamentum, et in eo instituit unum presbiteralе beneficium, scilicet, in altari Sancti Martini sito in ecclesia de Villablarexio, et voluit et mandavit quod de bonis suis emerentur ad opus dicti beneficii quadringenti solidi monete Barchinone de terno annuales, rendales et censuales pro libero et francho alodio in loco tuto, idoneo et seculo et cum terciis, laudiniis et foriscapiis prout hec et alia in dicto testamento, quod fuit actum Gerunde sexta decima die Novembbris anno a nativitate Domini millesimo trecentesimo septuagesimo primo in posse Berengarii Capela notarii memorati latius continentur; attendens inquam quod inter alia censualia que dictus quondam maritus meus habebat tempore sue mortis, habebat et recipiebat super universitate civitatis Gerunde quoddam

censuale centum quinquaginta solidos monete Barchinone de terno annua-
 lium, rendalium et censualium, quod fuit per dictum quondam mari-
 tum meum emptum precio centum quinque librarum monete Barchinone
 de terno cum publico instrumento inde facto, quodquidem censuale fuit
 a me redemptum post mortem dicti quondam mariti mei per Iacobum
 Beuda mercatorem et civem Gerunde et dictum pretium fuit michi per
 dictum clavarium de bonis dicte universitatis restitutum, et ego de cen-
 suali prefato feci dicto clavario et universitati predicte diffinitionem cum
 publico instrumento inde facto in posse Guillelmi de Donç notarii
 Gerunde, et redempto dicto censuali postea ego de dicto pretio et etiam
 de centum solidos quos de bonis meis propriis dicto pretio addidi emi
 a dicto Iacobo Beuda ut procuratore, sindico et actore universitatis dicte
 civitatis Gerunde centum decem solidos monete Barchinone de terno
 annuales, rendales et censuales pro libero et franchio alodo in *nuda*
 tamen perceptione hoc est sine tertii, laudismiis et foriscapiis et dio
 dominio, pretrio videlicet centum decem librarum dicte monete cum
 publico instrumento inde facto, ut assero, in posse Guillelmi de Donç,
 notarii prelibati, ut in eodem instrumento. Patcius continetur. Attendeus
 pretere quod, licet ego, iuxta tenorem dicte donationis possem de dicto
 censuali meas facere voluntates, attamen instum est, et rationi conso-
 num quod post mortem meam dictum censuale sit dicti benefitii, eo
 ut de ipso censuali et de alii, redditibu, ad opus dicti benefitii de alii,
 Gonis dicti defuncti emendis dicto benefitio fieri valeat complemen-
 tum, maxime cum sit dutium quod sine dicto censuali bona dicti def-
 functi safcicerent ad emendum dictos quadringentos solidos annuales,
 rendales et censuales. Ideo, volens et cupiens, quantum in me est, quod
 dictum benefitium instiluadur et fiat, eo ut voluntas ultima dicti quon-
 dam mariti meo exequatur et compleatur, gratis et excenta scientia, per
 me et meos heredes et successores cum presenti publico instrumento cunc-
 tis temporibus et ubique perpetuo valituro, non inducta super hiis vi,
 dolo, melu nec ab aliquo circunventa, red meo proprio molu et mea
 spontanea voluntate, dono, sub conditionibus tamen et selentiones infras-
 criptis, donatione pura et irrevocabili inter vivos disco benefitio per dic-
 tum quondam massitum meum instituto reu institui mandato in dicto
 altari sancti Martini, sito in ecclesia de Villablarexio et clericis qui dic-
 tum benefitium pro tempore obtinebunt, un posse notarii infrascripti
 tanquam publice persone ut infra stipulantis et recipientis, totum
 dictum censuale dictorum centum decem solidorum monete Barchino-
 nensi le femo annualium, rendalium et censualium per dictum Iacobum
 Beuda ut procuratorem et sindicem civitatis Gerunde michi et meis per-
 perpetuo ut predictur venditum cum dicto instrumento, predictam tamen
 donationem de dicto censuali facio dicto beneficio in hunc modum,
 videlicet, quod retineo michi super predictis et hanc donationem facio
 sub tali pacto, conditione et retentione quod dictum beneficium vel aliud
 pro eo non habeat vel recipiat annuas pensiones dicti censualis nec ali-
 quid de eodem de vita mea nec etiam post mei obitum donec et quous-

que dictum beneficium habuerit complementum, scilicet, quod fuerit dotatum et institutum per Dominum episcopum Gerundensem, immo ego de tota vita mea habeam, colligam et recipiam annuas pensiones dicti censualis pro meis necessitatibus supportandis et meis voluntatibus faciendis et possim si voluero vendere et impignerare omnes pensiones que provenient ex et de dicto censuali de tota vita mea. Et si post mei obitum dictum beneficium non fuerit institutum et dotatum, volo quod tali casu conventus fratrum predicatorum, fratrum minorum, de Carmelo et Sancte Clare, Gerunde habeant, colligant et recipient annuas pensiones dicti censualis annuatim et hoc tantum et tam diu donec(h)dictam beneficium fuerit dotatum et institutum per Dominum Episcopum Gerundensem et presbiter fuerit in ipso beneficio institutus in hunc modum sive per has partes, videlicet, quod de dictis pensionibus fiant tres partes, videlicet, quod de dictis pensionibus fiant tres partes equales de quibus tribus partibus dictus conventus fratrum predicatorum habent unam et conventus fratrum minorum aliam. Et de residua tertia parte fiant due partes eaeles de quibus habeat unam dictus conventus de Carmelo et aliam dictus conventus Sancte Clare, Gerunde. Et quod conventus fratrum predicatorum celebret seu celebrari faciat singulis annis per quos dictam partem de dicto censuali receperit viginti missas defunctorum inter duos dies, videlicet, qualibet die decem pro anima mea et dicti quondam mariti mei et qualibet die celebretur missa conventionalis et fiat absolutio per fratres dicti conventus in choro ecclesie pro anima mea et dicti quondam mariti mei prout in talibus est fieri assuetum. Et conventus fratrum minorum similiter celebret et celebrari facere teneatur annuatim inter duos dies alias viginti missas defunctorum cum missa conventionali qualibet die ut est dictum et cum absolutione que fiat super tumulum meum cum ibi intendam tumulari. Et conventus de Carmelo celebret qualibet anno decem missas defunctorum inter duos dies cum missa conventionali qualibet die et cum absolutione fienda (sic) in choro ecclesie pro anima mea et dicti quondam mariti mei prout in talibus est fieri assuetum. Moniales vero dicti monasterii Sancte Clare intercedant et intercedere teneantur ad dominum pro anima mea et dicti quondam mariti mei. Et predictas annuas pensiones habeant, colligant et recipient quoad partes superius declaratas predicti conventus in continent post mortem meam, si tunc dictum beneficium non fuerit dotatum et institutum per dominum Episcopum Gerundensem ut est dictum. Et etiam extunc et postea tantum et tamdiu donec institutum et dotatum fuerit ut est dictum ex donatione pura et irrevocabili inter vivos quam inde nunc ut extunc et econverso dictis conventibus facio de pensionibus antedictis post mortem meam et etiam extunc tamdiu quandiu dictum beneficium institui et dotari desierit ut est dictum et hoc in manu et posse notarii infra scripti tanquam publice persone ut infra stipulantis et recipientis. Et vigore huiusmodi donationis dicti conventus possint, suo casu, super predictis uti, agere et experiri in iudicio et extra iudicium, convenire et reconvenire universitatem civitatis Gerunde et eius singulares; et dictas annuas

pensiones petere, exigere, recipere, consequi et habere per partes superius declaratas; et inde fines absolutiones e(t) epochas facere que tantum valeant ac si per me personaliter essent facte. Et omnia alia inde facere que ego facere poteram ante hanc donationem et possem etiam facere postea quandocumque. Et post mei obitum et postquam dictum beneficium institutum fuerit et dotatum ut est dictum extunc clerici obtinentes dictum beneficium habeant, colligant et recipient perpetuo censusuale prefatum. Quoniam ego morte mea sequita instituto et dotato primitus dicto beneficio nunc ut extunc et extunc ut exnunc cedo et dono dicto beneficio (...). Et inde (...), *antedicti*. Et volo et mando tenere huiusmodi instrumenti vicem et plene in hac parte gerentis dicte universitatii civitatis Gerunde (...). Et ut predicta omnia (...). Actum est hoc Gerunde septima die septembre anno a nativitate domini millesimo trecentesimo octuagesimo nono.

Signum: Margarite predicte que hec firmo et laudo pariterque iuro. Testes huius rei sunt Guillelmus Ioherii parochie de Cilrano, Iacobus de Podio parochie Sancti Martini de Presia termini castri de Bruneola et Bernardus Brugada, filius Guillemi Brugada, parochie Sancti Michaelis de Campomaiori.

Ego, Guillelmus Lobeti notarius publicus substitutus auctoritate regia a Iasperto de Campolongo publico civitatis baiilio et vicarie Gerunde suarumque pertinenciarum notarius hec scribi, feci et clausi cum suprascripto in XXVI linea ubi dicitur *et*.

LVIII

Testament: Pere Serra deixa 15 sous de Barcelona de tern anuals per celebrar aniversaris i proveeix que procediran de censos sobre la seva propietat.

AHPF, còpia del 15 de febrer, 1397. Pergamí (19×52 cm), 4 de febrer, 1379.

Hoc est translatum fideliter sumptum quintadecima die Febroarii (sic) anno a nativitate Domini millesimo trescentesimo nonagesimo septimo a q(uadam clau)sula contenta, scripta et ordinata in testamento condito per discretum Petrum Serra, notarium et civem Gerunde, principium cuius siquidem testamenti tale est: In Christi nomine. Quia egritudinis veherentia corporalis solet plurimum a(n)e mortem ve)nientem advertere ut nedum temporalia verum etiam semetipsam judicare non valet, et ideo dum in corpore quies est et in mente sobrietas, melius providetur et salubr(ite)r ponitur iudicium ultime voluntatis. Et propter hoc sap(ien)ta vult presse)ntare fu(tu)ra et taliter supper (sic) disposicione bonorum suorum ordinare ut inter liberos et proximiores materia questionis non

assurgat et intuitu pietatis talia de bonis suis or(di)nare ut regnum sibi ab initio mundi paratum valeat per(petuo adire) quia nescimus diem neque horam qua filius Dei venturus sit. Idcirco ego, Petrus Serra, notarius civis Gerunde, infirmitate detentus qua me mori morte timeo corporali, tamen in meo bono sensu plenaque memoria et integra loquela meum f(acio et ordin)o testamentum in quo meos pono et eligo manumissores et executores scilicet Iohannem Bernardi et Petrum Mares ville Castilionis Impuriarum presentes: dominam Marchesiam, uxorem meam, Ivonem de Campis et Petrum Neti, cives dicte c(ivitatis de) Gerunde, generos meos, licet absentes, quibus omnibus quatuor et tribus eorum de quibus sit unus dicta Marchesia uxor mea, plenam dono et confero potestatem ad manus eorum accipiendi, petendi, exhigendi, habendi et recipiendi omnia et singul(a bona et) iura mea etc. Tenor vero dicte clausule talis est: Item volo et mando ac precipio quod Costancia, filia communis michi et Francische condam uxoris mee a me legitime emancipata et cui de certis et iuribus meis feci sub certis reten(cionibus et) condicionibus donacionem de ipsis certis bonis et iuribus per me sibi datis emat et emere teneatur in bono loco tuto et seculo pro libero et franco alodo sine tamen aliquo dominio directo, quinque solidos et sex denarios Barchinone de terno annuales, rendales et perpetuales in civitate Gerunde quos assignet et assignare teneatur de presenti cum empti fuerint conventui fratrum minorum Gerunde, sub tali tamen pacto et condicione quod fratres dicti conventus pro ipsis quinque solidis et sex denariis rendalibus et pro quantitate iam per me ipsi conventui propterea assignata, anno quolibet perpetuo die jam conventa et assignata faciant et facere teneantur anniversarium pro anima mea parentumque et benefactorum meorum omniumque fidelium defunctorum bene et honorifice prout decet per modum scilicet et formam iam super ipso aniversario celebrando fieri ordinatum et cetera. Quod quidem testamentum fuit confectum in villa Castilionis Imperiarum quarta die Febroarii anno a nativitate Domini millesimo trecentesimo nonagesimo septimo sub posse discreti Bernardi Bonifilii, auctoritate domini comitis Impuriarum, notarii dicte ville Castilionis. Et in eodem testamento sunt scripte et ordinate heredis institutio et clausula finalis. Et etiam in eodem testament(o confecto) fuerunt vocati et rog(u)ati septem testes et amplius nomina quorum sunt scripta in eodem testamento confecto, die et anno proxime dictis sub posse dicti notarii.

Ego, Bartholomeus Peregrini, auctoritate domini Comitis Impuriarum, notarius publicus ville Castilionis, hoc transla(tum) a dicto originali testament(o per dis)cretum Petrum Serra, notarium dum in humanis agebat, ut predicitur, condito et cum eodem testamento fideliter de verbo (a)d verbum per me comprobato scripsi et clausi die et anno in prima (linea cont)entis. Et supraposita in li(nea undec)ima, ipsa corrigata etiam in XIII^a linea fi.

LIX

Petició del rei Martí d'Aragó a la Santa Seu que s'institueixi la festa de la Immaculada Concepció als seus regnes (l'edició original es publicà el 1309).

Resum: AHPF, Repertori... núm. 31.

LX

Privilegi: Confirmació feta pel rei d'Aragó, Martí, del privilegi que l'infant Pere donà als franciscans, que hom no podia llençar escombraries o assecar lli a prop del convent d'ells.

AHPF, pergamí original (33×47 cm) v. document a continuació.

Nos, Martinus, Dei gracia, rex Aragonum, Valencie, Maiorice, Sardine et Corsice Comesque Barchinone, Rossillionis et Ceritanie, Visa quadam carta serenissimi Domini Petri, regis Aragonum, patris nostri memorie recolende tunc in minoribus constituti eius sigillo pendentii sigillata, tenoris sequentis: Nos, infans Petrus, illustrissimi domini regis Aragonum primogenitus ac eius generalis procurator, visa quadam cedula papirea in dorso sigillo civitatis Gerunde solito sigillata cuius tenor talis est: —Placet iuratis civitatis Gerunde et consenciant quod petitio ex parte guardiani et conventus fratrum minorum Gerunde domini infantii oblata de non faciendis bassiis nec ad aquandis linis et canabis in illis ortis que sunt iuxta monasterium dictorum fratrum; fiat et expediatur ex causa in ea contenta quo ad spaccia contenta infra terminos infrascriptos, vide-lacet, infra regueriam que transit per caput orti Berengarii Ollarii et defluit in alveum sive reccum vocatum de Figerolis et deinde ad rivum Undaris derivatur et infra regeriam vocatam Darocha que transit per caput orti sacriste Gerundensis et vadit versus fontem de Cuguçacho, in cuius rei testimonium presentem facimus scripturam sigillo civitatis sigillatam XVII Kalendas Decembris anno Domini M^oCCC^oXXXIII^o. —Igitur supplicantibus nobis guardiano et conventu fratrum minorum predictorum ut contenta in cedula prelivata dignareremur de benignitate solita observari, mandare ac etiam confirmare nos predicte et supplicationi tanquam equitati consone favorabiliter annuentes huiusmodi nostre carte serie omnia et singula in prescripta cedula contenta laudamus, approbamus ac etiam confirmamus. Mandantes per hanc eandem baiulo iudici et iuratis civitatis ipsius presentibus et qui pro tempore fuerint quatenus per aliquem vel aliquos fieri vel construi bass(i)as nec in eisdem linum vel canabum ad aquare infra terminos contentos in cedula supra-dicta minime amodo consenciant vel permittant. Quinimo quascumque

bass(i)as factas vel constructas infra terminos prelibatos dirui faciant protinus ac penitus demoliri necnon laudacionem, approbationem et confirmationem nostram predictam firmam habeant perpetuo et observent et faciant ab aliis inviolabiliter ac inconcusse servari et non contraveniant nec aliquam contravenire faciant, consentiant vel permittant aliqua ratione si de nostra confidunt gratia vel mercede, in cuius rei testimonium presentem cartam nostram inde fieri iussimus nostro pendenti sigillo munitam. Data Gerunde XIIII° Kalendas Decembris anno Domini M^oCCC^oXXXIII^o expedita Regis. Supplicatoque nobis humiliter pro parte vestri nunc guardiani et conventus fratrum minorum antedictorum ut cum quidam non sequentes intencionem pro qua concessa extitit provisio sive concessio preinserta ab aliquo citra tempore fecerint et faciunt continuo *agranadores de pastello* infra spatum supradictum corrupcionem infeccionatam fratribus dicti conventus totaliter inferentes dignaremur provisionem sive concessionem iamdictam vobis confirmare ac etiam super non faciendis dictis agranadores et aliis infeccionibus non inferendis de nostri clemencia ampliare. Nos ideo supplicationi huiusmodi benignitatis inclinati volentes int(enc)ioni prefati domini genitoris nostri esse conformes cum presenti carta nostra perpetuo valitura, provisionem et concessionem supra inserta ac omnia et singula in ea contenta iuxta sui seriem pleniorum laudamus, approbamus et huius nostre confirmationis presidio roboramus. Et nichilominus illa eadem secundum formam premissam vobis predictis guardiano et fratribus qui nunc estis et aliis qui pro tempore fuerint in conventu minorum Gerunde predicto ac eidem conventui de novo ad superabundantem cautelam concedentes atque etiam ampliantes volumus et huius serie concedimus vobis ne aliquis vel aliqui cuiusvis condicionis existant *agranadores de pastello* vel alias infecciones propter quas vobis seu dicto conventui insequantur aut insequi possint infirmitates, fetores, tedia seu gravamina infra spatum precontentum et cetero audeant seu presumant facere ullo modo, si iram et indignacionem nostram cupiant evitare, mandantes per eandem de certa sciencia et expresse gubernatori nostro generali Cathalonie eiusque vices gerenti necnon baiulo mostacaffo iuratis, probis hominibus ac toti universitati et singularibus prelibate civitatis Gerunde presentibus et futuris vel dictorum officialium locatenentibus quorum confirmationem, novam concessionem atque ampliacionem nostras huiusmodi ratas et firmas habeant ac tenenat firmiter et observent et non contraveniant nec ipsi officiales aliquem contravenire permittant aliqua ratione. In cuius rei testimonium presentem cartam fieri et sigillo nostro pendenti iussimus communiri. Datus Cesarauguste vicesima secunda die Aprilis anno a nativitate Domini millesimo CCC^o nonagesimo nono, regnique nostri quarto. Matias vice.

In Gratiarum III^o: Franciscus Pelliceri mandato Regis fecit ad relationem Petri de Sancto Martino, legum doctoris, militis et procuratoris qui eam vidit.

Apèndix al document núm. 60

AHM, Gerona, Correspondència, I, f. 95 v. y II, f. 126 (1331-1334).
Còpia feta per P. Martí de Barcelona-(original perdut).

Placet iuratis civitatis Gerunde et universitati quod peticio ex parte
guardiani et conventus fratrum minorum, Gerunde, domino infanti oblata
de non faciendis bassis nec adaquandis, linis et canabis in illis ortis qui
sunt iuxta monasterium dictorum fratrum, fiat et expediatur quo ad spa-
cia contenta infra terminos infrascriptos, videlicet infra regueriam que
transit per caput orti Bernardi Ollarii et defluit in alveum sive recum
vocatam De Figuerolis, et deinde ad rivum Undaris derivatur, et infra
regueriam vocatum Daraclis *, que transit per caput orti sacriste Gerun-
densis et vadit versus fontem de Cugussacho, in quorum testimonium
presentem faciunt scripturam sigillo civitatis sigillatam XVII Kalendas
Decembris, anno Domini MCCCXXXIII.

* *Daraclis hauria de ser Darocha* (v. Doc. No. 60).

Documents no transcrits

Els pergamins següents es troben a l'Arxiu Històric Provincial Fran-
ciscà de Barcelona i, sense cap excepció, es tracta de testaments amb
deixes a favor del convent. La numeració és la del *Repertori d'Actes...*

- | | |
|-----|--|
| 203 | 17 oct. 1344 31,7×18,5 cm (en mal estat). Andreu Moner
deixa 30 sous a favor del convent. |
| 154 | 19 nov. 1364 27,7×56 cm (lletra molt borrosa). Ermes-
senda Moragues deixa 200 sous a favor del convent i
indica que vol que l'enterrin al cementiri dels framenors. |
| 41 | 30 jul. 1373 46×45,7 cm (lletra enfosquida per pintura).
Concordia entre el guardià i Bernat Cases, capellà de
Sant Feliu de Girona, sobre deixes testamentàries a favor
dels framenors i funerals fets per ells. |
| 82 | 2 juny 1389 34,2×32,6 cm (fragment). Arnaud Rafart
deixa 500 mitges quarteres de blat al convent. |

... DOCUMENTS DEL CONVENT DE SANT FRANCESC...

SIGNES*

- + prout melius... (v. Doc. 5 per a la forma completa).
- o renunciando excepcion... (v. Doc. 5 per a la forma completa).
- x omnibus locis... (v. Doc. 5 per a la forma completa).
- ¶ cum ingressibus... (v. Doc. 9 per a la forma completa).
- y gratis et ex certa... (v. Doc. 9 per a la forma completa).
- § salvare facere... (v. Doc. 9 per a la forma completa).
- ※ Et super hiis... (v. Doc. 11 per a la forma completa).
- # × semper facere... (v. Doc. 14 per a la forma completa).
- B voces, raciones... (v. Doc. 15 per a la forma completa).
- A sine aliquo... (v. Doc. 16 per a la forma completa).
- C tenere... (v. Doc. 17 per a la forma completa).
- o x renunciando ... ubique (v. Doc. 19 per a la forma completa).
- E B donatione pura... (v. Doc. 52 per a la forma completa).
- P pro predictis omnibus... (v. Doc. 52 per a la forma completa).

* Indiquen l'omissió de formulismes jurídics. Advertim, no obstant, que mentre el significatiu és el mateix, el formulari utilitzat de vegades mostra certa variació i gairebé cap document correspon exactament als altres. Per això, cal dir que els documents sencers es troben a l'Arxiu Històric Provincial dels franciscans, a Barcelona.

Relació de framenors de Girona *

SEGLE XIII

- | | |
|------|--|
| 1249 | Ramon Castelló |
| 1272 | Guillem d'Algers, Joan d'Amira, Benet, Berenguer de Guàrdia, Bernat de Carrer, Mateu de Cervera, Pere Ferrer, Bernat de Gualba, Berenguer de Lladó, Jaume de Maçanet, Guerau Mir, Pere Palou, Pere de Quadres, Berenguer de Romanyà. |

* És evident que aquesta llista queda molt incompleta, però l'hem feta a partir dels documents consultats i la informació existent. És digne d'esmentar el fet que hi consten alguns noms estrangers, igual com a la llista d'ordenacions. Va ésser costum a l'Edat Mitjana que els framenors anessin a viure als convents de països estrangers. Es notarà que alguns d'aquests noms devien escriure's tal com es pronuncian.

J. R. WEBSTER

- 1273 Bernat de Condomines.
1278 Marí de Cornellà, Guillem de Montmajor, Arnau de Rovira.
1294 Pere Palou, Giralt de Prat.
1296 Pere Palou.
1297 Guillem de Canavelles, Pere Palou.
1298 Pere Palou.

SEGLE XIV

- 1303 Francesc Vilagrassa.
1305 Jaume Ferrer.
1306 Joan Llucià, Pere de Palou, Arnau de Vilatenim.
1314 Ramon Alemany, Francesc Comte, Tomàs Pere.
1326 Bernat Ferrer, Guillem de Prat, Francesc Saquer, Francesc Solà, Francesc Terrassa.
1328 Arnau Castellar, Joan Roure.
1329 Berenguer d'Argülls, Pere d'Avinyó, Guillem Barceló, Pere de Bianya, Ramon de Comabella, Bernat Ferrer, Bernat Freser, Pere Martí, Francesc Nater, Bartomeu Peregrí, Guillem de Prats, Joan de Roure, Berenguer de Segurias, Nicolau de Valls.
1331 Ferrer Gener, Bernat Puig.
1333 Pere Ça Capela, Guerau Cardona, Jaume Falcó, Francesc Gener, Esteve Lluc, Marc Loreta, Pere Medir, Guillem Miquel, Ramon Moner, Arnau Pascasi, Nicolau de Puig, Ramon de Puig, Jaume Solà, Bernat Tressera, Joan de Vall.
1334 Berenguer d'Argülls, Berenguer Cerdà, Jaume Falcó, Ramon Figuera, Bartomeu Floreta, Francesc Guerau, Francesc Morató, Francesc Pausell, Bernat Pallola, Ramon de Puig, Pere Rabadó, Francesc Rafart, Francesc Rossell, Francesc Vilagrassa, Jaume de Vilatenim.
1335 Ramon Figuera, Bartomeu Floreta, Francesc Guerau, Bonanat Pir, Francesc de Puig, Pere Rabadó.
1336 Francesc Andreu, Guillem de Camplong, Joan Carmençó, Pere Cumera, Pere de Gualba, Francesc Guerau, Joan Guerau, Ramon Moner, Guillem Ogimà, Maties Ponç, Francesc de Puig, Francesc Rafart, Guillem

... DOCUMENTS DEL CONVENT DE SANT FRANCESC...

- Ramada, Jaume Rossell, Ferrer Sala, Pere de Sicília, Galceran Tomàs, Jaume de Vilatenim.
- 1337 Francesc d'Arenys, Guillem de Clapers, Mateu Coll, Francesc Hostoles, Jaume Morell, Bartomeu Pardó, Maties Ponç, Francesc Ros, Guillem de Vilar.
- 1338 Bernat Andreu, Bernat d'Araveig, Joan Bartolmí, Pere de Bell-lloc, Francesc Berga, Pere de Buïgues, Guillem de Campllong, Bernat Cases, Guillem Ferrer, Mateu Gormiar, Marc Loreta, Guillem Mercader, Llorenç Moner, Jaume Morell, Pere Perpinyà, Guillem de Puig, Berenguer Raffaeix, Jaume Solà, Nicolau Tanyà, Guillem Teixidor, Jaume Tinter, Guillem Torner, Francesc Ventalló, Guillem de Vilar.
- 1339 Bernat d'Araveig, Francesc Coltell, Guillem Crespià, Guillem Curçavi, Arnau Pelegrí, Guillem de Puig, Guillem Pere de Reixac, Francesc Rossell, Nicolau Sacosta, Bernat Serra.
- 1340 Jaume Ça Ferrera, Francesc Coltell, Guillem Jordà, Lluís, Joan Llombard, Guillem Oliver, Pere de Pont.
- 1341 Benet, Joan Bernat, Guillem Curçavi, Guillem Déulosal, Francesc Farers, Francesc Jover, Guillem Jover, Lluís, Llorenç Moner, Arnau Pelegrí, Pere de Pont, Guillem de Prats, Joan de Roure, Pere Rabadó, Pere Roqueta, Nicolau Sacosta, Berenguer de Segurias, Nicolau Tanyà, Guillem Teixidor, Jaume Tinter, Francesc Torell, Nicolau de Valls.
- 1342 Joan Bernat, Berenguer Borrell, Berenguer Cruilles, Francesc d'Hostoles, Francesc Roca.
- 1343 Joam Llombard, Berenguer Loqueta, Bernat Mestre, Jaume de Mora, Berenguer Moragues, Guillem Oliver, Bernat de Piles, Berenguer Roig, Berenguer Rovira, Domènec dez Selers, Bernat Soler, Nicolau Tanyà, Galceran Tomàs, Bernat Vilardeno.
